12-6

2

CARUNDE

In

Decretales

13

I
383

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

383

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

I
383

Num. 48. cax. X. num. 13.

15 - 2 - 60

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

De feudis.li.iij.ti.xx.
De fide inſtrumentoꝝ. libro.ij.ti.xxij
De fideiuſſoribꝰ li.iij.ti.xxij
De filijs pſbiteroꝝ ordinādis vl' nō.li.i.ti.xvij
De foro ꝯpetēti.li.ij.ti.ij.
De furtis.li.v.ti.xviij
De frigidis ⁊ maleficiatis ⁊ ipotētia coeūdi li.iiij.t xv

De H

De hereticis li.v.ti.vij.
De his q̄ fiūt a maioꝛe pte capituli.li.iij.ti.xi.
De his q̄ fiūt a p̄latis ſine ꝯſenſu capituli.li.iij.ti.x.
De his q̄ vi metus ve cā fiunt.li.i.ti.xxxix.
De his q filios occiderūt. li.v.ti.x.
De homicidio volūtario vel caſuali.li.v.ti.xij

De I

De infantibus et lāguidis expoſitis.li.v.ti.xi.
De i itegꝝ reſtõe.li.i.ti.xl.
De iniurijs ⁊ damno date li.v.ti.xxxvi.
De inſtõnibus.li.iij.ti.vij.
De iudeis ⁊ ſaracenis et coꝝ ſeruis.li.v.ti.vi.
De iudicijs.li.ij.ti.i.
De iuramento calumnie. li.ij.ti.vij.
De iuriurādo.li.ij.ti.xxiiij
De iure patronatus.libro iij.ti.xxxviij.

De L

De libelli oblatiõe.li.ij.ti.iij.
De litis ꝯteſtatõe.li.ij.ti.v
De locato ⁊ cõducto.li.iij ti.xviij.

De M

De magiſtris et ne aliqd exigat̃ ꝓ licētia docendi.li.v.ti.v.
De maioꝛitate ⁊ obedientia.li.i.ti.xxxij.
De maledicis.li.v.ti.xxvi.
De mr̃imonio ꝯ iterdictū eccl'ie ꝯtracto.li.iiij.ti.xvi.
De mutuis petitõnibus.libro.ij.ti.iiij

De N

De natis ex libero ventre.libro.iiij.ti.x.
Ne clerici vel monachi ſecularibus negocijs ſe immiſceāt.li.iij.ti.l.
Ne p̄lati vices ſuas vel eccleſias ſub annuo cēſu ꝯcedant.li.v.ti.iiij
Ne ſede vacāte aliquid innouet̃.li.iij.ti.ix
De noui opis nunciatõne li.v.ti.xxxij

De O

De obligatis ad rõcinia ordinādis vel nõ.li.i.ti.xix.
De obſeruantia ieiunioꝝ. li.iij.ti.xlvi
De officio archidiaconi.libro.i.ti.xxiij
De officio archip̄ſbiteri.libro.i.ti.xxiiij
De officio cuſtodis.libro i.ti.xxvij
De officio ⁊ ptāte iudicis delegati.li.i.ti.xxix
De officio iudicis ordinarij.li.i.ti.xxxi
De offi.iudicis.li.i.ti.xxxi
De officio legati.li.i.ti.xxx
De officio p̄imicerij.li.i.ti.xxv
De officio ſacriſte.libro.i.ti.xxvi
De officio vicarij.libro.i.ti.xxviij
De ordinatis ab ep̄o q renūciauit ep̄atui vl' ab excõicato.li.i.ti.xiij
De ordine cognitionum. li.ij.ti.x.

De P

De pactis. li.i.ti.xxxiiij
De procbijs ⁊ alienis prochianis.li.iij.ti.xxix
De peculio clericoꝛum.libro.iij.ti.xxv
De penis li.v.ti.xxxvij
De penitētijs ⁊ remiſſiõibus.li.v.ti.xxxviij
De pegrinātibꝰ li.ij.ti.xxix
De pigneribꝰ ⁊ alijs cautionibus.li.iij.ti.xxi
De plus petitionibus.libro.ij.ti.xi
De poſtulatione p̄latoꝝ.libro.i.ti.v.
De poſtulādo.li.i.ti.xxxvi
De p̄bendis ⁊ dignitatibus.li.iij.ti.v.
De p̄carijs.li.iij.ti.xiiij
De p̄ſbitero nõ baptiſato. li.iij.ti.xliij
De p̄ſcriptõibꝰ li.ij.ti.xxvi
De p̄ſũptõibꝰ.li.ij.ti.xxiij
De p̄uilegijs ⁊ exceſſibus p̄uilegiatoꝝ.li.v.ti.xxxiij
De ꝓbatõibus.li.ij.ti.xix
De ꝓcuratoꝛibus.libro.i.ti.xxxvij
De purgatõe canonica.li.v.ti.xxxiiij
De purgatõe vulgari.li.v.ti.xxxv.
De purificatõe poſt ptum li.iij.ti.xlvij.

De Q

Qui clerici vel vouētes matrimoniū ꝯtrahere poſſunt.li.iiij.ti.vi
Qui filij ſint legitimi.li.iiij ti.xvij
Qui matrimoniū accuſare



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

poſſunt vel cōtra illud teſti ficari.li.iiij.ti.xviij

De R

E raptori bus incēdiarijs et violatoribus eccleſiaꝝ.li.v.t.xvij.
De rebus eccl'ie alienan dis vel nō.li.iij.ti.xiij
De regularibꝰ ⁊ trāſeūtibꝰ ad religionē.li.iij.ti.xxxi.
De regul'iuris.li.v. ti. xli.
De religioſis domibus vt epiſcopo ſint ſubiecte.li.iij. ti.xxxvi.
De reliquijs ⁊ veneratiōe ſanctoꝝ.li.iij.ti.xlv.
De renūciatōe. li.i.ti.ix.
De reꝝ ꝑmutatōne. li. iij. ti.xix.
De reſcriptis ⁊ coꝝ interꝑ tionibus.li. i.ti.iij.
De reſtitutōe ſpoliatorum li.ij.ti.xiij.

De S

E ſacra vn ctiōe. li.i.ti .xv.
De ſacramētis iterandis vel nō.li.i.ti.xvi.
De ſagittarijs. li.v .ti .xv.
De ſciſmaticis ⁊ ordinatiſ ab eis.li.v. ti.viij.
De ſcrutinio in ordine faci endo.li.i.ti.xv.
De ſecūdis nuptijs.li.iiij. ti.xxi.
De ſententia ⁊ re iudicata li.ij.ti.xxvij.
De ſententia excōmunica tionis .li.v.ti.xxxix.
De ſepl'turis.li.iij.ti.xxviij
De ſeqſtratōe poſſeſſionū et fructuū.li.ij.ti.xvij.
De ſeruis nō ordinandis et coꝝ manumiſſione.libro i.ti.xviij.
De ſimonia ⁊ ne aliquid ꝓ ſpūalibus exigaṫ vel ꝓ mittaṫ.li.v.ti.iij.
De ſindico.li.i.ti.xxxviij
De ſolutōibꝰ.li.iij.ti.xxiij.
De ſortilegijs .li.v.ti .xxi.
De ſponſa duoꝝ. li. iiij.ti. iiij.
De ſponſalibus ⁊ matri monio.li.iiij.ti.i.
De ſtatu monachoꝝ ⁊ ca nonicoꝝ regularium.li.iij. ti.xxxv.
De ſucceſſionibus ab inte ſtato.li.iij.ti.xxvij.
De ſumma trinitate ⁊ fide catholica.li.i. ti.i.
De ſupplēda negligētia ꝓ latoꝝ.li.i.ti.x.

De T

E tempo ribus ordinatio nū ⁊ ꝗlitate or dinandoꝝ.li.i.ti.xi
De teſtamentis ⁊ vltimis volūtatibus.li.iij.ti. xxvi
De teſtibus cogendis vel nō.li.ij. ti.xxi.
De teſtibus ⁊ atteſtationi bus.li.ij.ti.xx.
De torneamētiſ.li.v.ti.xiij
De tranſactōnibus.li.i.ti. xxxv.
De trāſlatōe epī.li.i.ti.vij.
De treuga ⁊ pace. libro.i. ti.xxxiij.

De V

E vita ⁊ ho neſtate clericoꝝ. li.iij. ti. i.
De verboꝝ ſignificatione li.v.ti.xl.
De voto ⁊ voti redempti one.li.iij.ti.xxxiiij.
De vſuris .li.v.ti.xix.
Ut eccleſiaſtica bñficia ſi ne diminutiōe cōferantur. li.iij.ti.xij.
Ut lite nō cōteſtata nō ꝓ cedaṫ ad receptōem teſtiū vel diffinitiuā ſententiam. li.ij .ti.vi.
Ut lite pendēte nihil inno ueṫ.li.ij.ti.xvi.



Caſus longi ſuper quinqꝫ libros decretaliū a domino bernardo ea rundeꝫ ꝑcipuo gloſatore vtiliter cōpilati.

N

Ex pacificus. Premiſſa ſalutatōe. Sic pone caſum. In iſta ꝯſtitutione. Rex pacificus.id eſt. dñs noſter ieſus chriſtus pia ſua miſeratōe ab inicio mūdi diſpoſuit ſeu ꝓuidit ſubditos ſuos fore pudicos.pacificos ⁊ modeſtos. Sed ex aduerſo ſurrexit effrenata cupidi tas ſui ꝓdiga.pacis emula.mater litiū.ma teria iurgioꝝ que quotidie tot litigia gene rat ꝙ niſi iuſticia reꝓmeret conatus ipſius et explicaret multiplices queſtiones ipſiꝰ. abuſus litigatoꝝ extingueret fedus huma ni generis.⁊ cōcordia exularet extra mūdi terminos dato ſibi libello repudij. Et idō ꝯtra iſtam cupiditatē lex ꝓdita eſt.vt noxi us appetitus ipſiꝰ reſtringereṫ ſub regula iuris ꝑ quam humanū genus informaṫ.vt honeſte viuat.alteꝝ nō ledat. ius ſuū vni cuiqꝫ tribuat. Secūdo in verſu illo Sane. Ponit dñs gregorius cām huius cōpila tionis dicens.ꝙ ꝑ magiſtꝝ raymundū ca pellanū ſuū ad cōmunem vtilitatem ſtudē tium fecit redigi in vnū volumen diuerſas cōſtitutiones.⁊ decretales epiſtolas ſuoꝝ ꝑdeceſſoꝝ.que diſperſe erant ꝑ plura vo lumina.quaꝝ alique ꝓpter nimiā ſimilitu dinem.quedā ꝓpter cōtrarietatem.quedā etiam ꝓpter ſui ꝓlixitatem.cōfuſionem in ducere videbanṫ.Quedam etiā vagabanṫ extra volumina ſupradicta.de qbus tanꝗ incertis frequenter in iudiciis dubitabaṫ. Adiiciens inſuꝑ quaſdā ꝯſtitutiones ⁊ de cretales epl'as ſuas ꝑ quas quedā que in prioribus erāt dubia declaranṫ. In fine ꝑ cipit dñs gregorius.ut hac tantū cōpilati one vniuerſi vtanṫ in iudiciis ⁊ in ſcholis diſtricte ꝓhibens ne aliquis ꝓſumat aliaꝫ facere cōpilatōeꝫ ſine licentia ſedis apoſto lice ſpāli. Nota formā ſalutatōis h quā generaliter oibus facit dñs papa. Nota ꝙ ſubditi ⁊ eccleſiaꝝ ꝓlati pudice.hone ſte.ſobrie.⁊ modeſte viuere debēt. Nota ꝙ cupiditas ē mater litiū ⁊ materia iur gioꝝ. Nota ꝙ ꝑ iuſticiam reprimiṫ co natus cupiditatis. Nota ꝙ ꝑ iuſticiam queſtiones implicite terminanṫ. Nota ꝙ effectus iuſticie eſt remouere lites. ⁊ ſic ꝑ cōſequens tollit cupiditatē. Nota ꝙ tria ſunt ꝑcepta iuſticie.honeſte viuere. al teꝝ nō ledere.ius ſuū vnicuiqꝫ tradere. Nota ꝙ tribꝰ de cauſis iura corriguntṫ .ſ. ꝓpter nimiam ſimilitudinē.cōtrarietatem et ꝓlixitatem.⁊ ſic videṫ ꝙ vnū ius corri git aliud.⁊ reddenda eſt rō quare corrigiṫ

Nota ꝙ princeps nō tantū ꝑ ſe pōt iura ſtatuere ſed ꝑ aliū. Nota ꝙ licet cōmu nis vtilitas attendi debet. vtilitas tñ ſtu dentiū eſt diligentius attendenda. Nota ꝙ licet par in parē nō habeat imperiū. tñ ſucceſſor ſtatutū anteceſſoris corrigere pōt ⁊ declarare. ⁊ ſic nota ꝙ ꝑ poſteriora priora declaranṫ. Nota ꝙ iſta cōpilatio eſt canonica ⁊ in iſto ꝓhemio approbata. et ideo in iudiciis fidē facit. Nota ꝙ ne mo poſt cōpilatōem decretalis aliā facere ꝓſumat ſine licētia ſedis apl'ice ſpeciali.

De ſumma trinitate ⁊ fide catholica.
Titulus Primus.

Irmiter credimus Nota ꝙ poſt ſymbolū apoſto loꝝ quod diciṫ. credo in deū quattuor cōcilia ꝓdita fuerūt olim a ſanctis patribꝰ de ſum ma trinitate ⁊ fide catholica cōtra quoſdā hereticos.de quibus ꝗttuor cōciliis legiṫ xv.di.c.i.in quibus cōdemnati ſunt quidā heretici.q de fide catholica ⁊ ſumma trini tate ꝑperā ſentiebant.⁊ de hac fide catho lica legiṫ.xxiii.di.c.ii. Eſt ⁊ aliud ſymbolū maius qđ cantaṫ in miſſa in nicena ſyno do factū ꝓpter grecos. qui nō credebant ꝙ ſpūſſanctus ꝓcederet ab vtroqꝫ. Poſt modū aliud ſymbolū anaſtaſii ſecutū eſt il lud ſcꝫ quicunqꝫ vult. Iſtud cōciliū poſſet appellari quartū ſymbolū. in quo illud qđ de fide catholica ⁊ de ſūma trinitate in ꝑ



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dictis cōcilijs ⁊ ſymbolis cōtinet̃.cōfirma
tur ⁊ repetit̃. vt ergo melius intelligas ca
ſum diuide.c.iſtud in.v.ptes ſcđm ꝙ ſunt
ſignate. In prima pte đr ꝙ firmiter cre
dere debemus ⁊ ſimpliciter ꝯfiteri. ꝙ vnꝰ
ſolus verus eſt deus eternus. ⁊ imenſus.
et incōmutabilis.oīpotēs.ineffabilis.ſ. pr̃
et filius ⁊ ſpūſſanctus. tres pſone ſed vna
eſſentia.ſimplex oīno. pater a nullo. filiꝰ a
pr̃e.ſpūſſanctus ab vtroq3 ꝓcedēs. abſq3
inicio ſemp ⁊ ſine fine creator oīm viſibiliū
et iuiſibiliū.ſpūaliū ⁊ corpaliū. Qui ab ini
cio tpis vtrāq3 de nihilo cōdidit creaturā
ſpūalem ⁊ corpalem.angelicā videlʒ ⁊ mū
danam.⁊ poſtmodū humanā quaſi cōmu
nem ex corpe ⁊ ſpū ꝯſtitutā. diabolus aūt
et alij demones a deo creati ſunt boni ſed
ipſi p ſe facti ſunt mali.hō vō peccauit dia
boli ſuggeſtiōe. In ſcđa pte.§. Hec ſan
cta. Dicit̃ ꝙ hec ſancta trinitas de qua p̃
miſſum eſt iuxta ordinatiſſimā diſpoſitōe3
tēpoꝝ per moyſen ⁊ ꝓphas. ⁊ alios famu
los ſuos hūano generi doctrinā tribuit ſa
lutarē.⁊ tandē vnigenitus filius dei a tota
trinitate cōiter incarnatus ex maria v̾gine
ſpūſſancti coopatōe cōceptus verus hō fa
ctus eſt ex aīa rōnabili ⁊ humana carne cō
poſitus vna pſona in duabus naturis.viā
vite demōſtrans ſm diuinitatē imortalis.
ſm humanitatē paſſibil' ⁊ mortal'.ſubijciē
do ſex articulos fidei in pſona ipſius dñi
reddituri in fine ſeculi.tā reprobis q̄3 ele
ctis ſm merita ſua. In tercia pte.§. Una
dicit̃ ꝙ eſt vna vniuerſalis eccleſia. extra
quā nullus oīno ſaluat̃. in qua ipſe qui eſt
ſacerdos eſt ſacrificiū ieſus chriſtus cuius
corpus ⁊ ſanguis i ſacr̃o altaris veraciter
cōtinent̃ ſub ſpēbus panis ⁊ vini trāſſub
ſtātiatis pane in corpꝰ ⁊ vino in ſanguinē
ptāte diuina vt nos accipiamꝰ de ſuo qđ
accepit ipſe de nr̃o. Et hoc ſacramentū ne
mo pōt cōficere niſi ſacerdos qui ſʒm cla
ues eccleſie rite fuerit ordinatꝰ q̄s dñs cō
ceſſit apl'is ⁊ eoꝝ ſucceſſoribus. In pte
quarta videlʒ.§. Sacramentū ⁊c. dicit̃ ꝙ
baptiſmus q eſt ſcđs articulus fidei i noīe
patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti cōſecrat̃ in aqua.
et ſi i forma cōcedat̃ eccleſie a q̄cunq3 ꝯfe
rat̃ tā puulis q̄3 adultis ꝓficit ad ſalutē et
ſi poſt baptiſmū qs p peccatū ꝓlapſus fue
rit.p verā poterit pniā3 repari. Ultimo di
cit ꝙ v̾gines ꝯtinentes ⁊ ꝯiugati p fidē re
ctam ⁊ p opatōem bonā ad eternā beatitu
dinē merent̃ puenire. Nota iſtā decreta
lē in examiatōe heretici. Itē nota ex hac
lr̃a ꝙ ſimpliciter hō debeat fidē cōfiteri.
Itē nota ꝙ pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctꝰ idē
ſunt ſm ſubſtantiā. Itē nota ꝙ diaboli
creati ſunt boni.ſed p liberꝝ arbitriu3 facti
ſunt mali. Itē nota ꝙ chriſtus deſcēdit
in aīa.reſurrexit in carne.⁊ aſcēdit in vtro
q3. Itē nota ꝙ vna tm̃ eccleſia eſt extra
quā nullus pōt ſaluari. Itē nota ꝙ tm̃
ſacerdos rite ordinatꝰ verꝫ cōficit corpus
chriſti. Itē nota ꝙ ſacr̃m baptiſmi a q̄
cunq3 collatū ꝓficit ad ſalutē. Itē nota
ꝙ ſi aliqs lapſus fuerit i peccatū. pōt p ve
ram pniam repari. Itē nota cōtra here
ticos ꝙ cōiugati poſſunt ſaluari.

Sic pone caſum. Ma

**Damnamus** giſter petrus lōbardus
dixit in ſentētijs ſuis ꝙ quedā ſumma res
eſt pr̃ ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ. ⁊ illa ſumma res
nō eſt generās. nec genita. nec ꝓcedens.
Sed eſt pr̃ qui generat.filiꝰ q gignit̃.ſpūſ
ſcūs qui ꝓcedit ab vtroq3. Cōtra iſtū ma
giſtꝝ petꝝ abbas ioachim ꝯpoſuit quendā
libellū.in q̄ appellauit magiſtꝝ petꝝ here
ticū ⁊ inſanū ꝓpt̃ hanc ſuā ſniam.di.ꝙ ma
giſter petrꝰ nō tā trinitatē q̄3 quaternitatē
aſtruebat in deo. videlʒ iſtas tres pſonas
et illā cōem eſſentiā q̄ſi quartā. aſſerēs ille
ioachim ꝙ nulla res eſt que ſit pr̃ ⁊ filiꝰ et
ſpūſſanctus.nec eſſentia.nec ſub̃a.nec na
tura tñ dicebat ꝙ pr̃ ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus
ſunt vna eſſentia ⁊ vna ſub̃a ⁊ vna natura
Uerūtñ iſtā vnitatē nō verā ⁊ ꝓpriā eē di
cebat.ſed q̄ſi collectiuā ⁊ ſimilitudinariā.
ſicut multi hoīes dicunt̃ vnꝰ ppl's.⁊ multi
fideles vna eccleſia. Ad h̃ ꝓbandū induce
bat pl'es autoritates. Primo illā đ actibꝰ
apl'oꝝ. Multitudis aūt credētiū erat cor
vnū ⁊ aīa vna. Scđo inducebat illā autori
tatē apl'i. Et q plātat ⁊ q rigat vnū ſunt.et
oēs vnū corpꝰ ſumꝰ in chriſto. Tercio illā
de libro regū. Populꝰ meus ⁊ ppl's tuus



vnū ſunt. Ultimo iducebat autoritatē euā
gelij iohis. Uolo pr̃ vt ſint vnū i nob ſicut
et nos vnū ſumꝰ. Sniam iſtiꝰ ioachim dā
nat ⁊ reꝓbat ꝯciliū iſtđ generale. ⁊ h̃ vſq3
ad v̾bū iſtud. Nō eñ ⁊c. Hic incipit rñde
re autoritatibus illiꝰ abbatis q̄s inducebat
ꝓ ſua ſnia. dicēs ꝙ fideles chriſti nō ſunt
vnū.i.quedā vna res ꝯmunis oibus.vt di
cebat ioachi3.ſed mō ſunt vnū.i. vna eccle
ſia ꝓpt̃ vnitatē fidei catholice.⁊ tādē vnū
regnū ꝓpt̃ vnionē indiſſolubil' charitatis.
Et ad h̃ ꝓbandū inducit ꝯſiliū autoritate3
iohis apl'i in epl'a ſua. Tres ſunt q dāt te
ſtimoniū in celo.pr̃.v̾bū. ⁊ ſpūſſanctus. et
hi tres vnū ſunt. ſtatim ſubiungēs ⁊ tres
ſunt q teſtimoniū dāt in terra ſpūs. aqua.
et ſanguis.⁊ hi tres vnū ſunt. Cōfitet̃ er
go ꝯſiliū cū magiſtro pe.ꝙ vna quedā res
eſt q̄ veraciter eſt pr̃ ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſanctus.⁊
q̄libet pſona eſt illa res.⁊ iđ trinitas tantū
et nō q̄ternitas eſt in deo.qr q̄libet triū p
ſonaꝝ eſt vna res.ſ.ſub̃a.eſſentia.ſeu natu
ra diuina.⁊ illa res nō eſt generās. nec ge
nita.nec ꝓcedēs.ſed eſt pr̃ q generat. filiꝰ
q gignit̃.⁊.ſſ.q ꝓcedit ab vtroq3.vt p h̃ no
tet̃ diſtinctio in pſonis ⁊ vnitas i natura.
Et lʒ dicat̃.alius eſt pr̃.alius filiꝰ.alius.ſſ.
nō tñ aliud.ſed id qđ eſt pr̃ eſt filiꝰ ⁊.ſſ.idē
oīno ſicut in ipſa lr̃a ꝓbat̃ ab illo loco. Li
cet ⁊c. Uſq3 ad v̾bū illud. Cū ergo. Et ibi
rñdet illi autoritati. Uolo pat̃ vt ſint vnū
⁊c.dicēs ꝙ hoc nomen vnū aliter accipit̃
ꝓ pſonis diuinis.⁊ aliter ꝓ fidelibꝰ.ſm ꝙ
hoc nomē diuerſimode accipit̃ in autorita
te illa. Eſtōte pfecti pfectōe gr̃e.ſicut ⁊ pa
ter veſter pfectꝰ eſt pfectōe nature.dicens
ꝙ ſi qs ſniā3 vl' doctrinā p̃fati ioachim ſer
uare voluerit vel defendere. tāq̄3 hereticꝰ
cēſeat̃.⁊ ab oibꝰ euitet̃.p h̃ tñ nullū p̃iudi
ciū florētino mōaſterio generet̃.cuius ipſe
ioachi3 extitit inſtitutor.qr ibi ⁊ regularis
eſt iſtitutio ⁊ obſeruātia ſalutaris.maxime
cū idē ioachi3 oīa ſcripta ſua mādauit apl'i
ce ſedis iudicio corrigēda.dictās epl'am i
q̄ firmit̃ ſe illā fidē ꝯfitet̃ tenere.quā roma
na tenet eccleſia. In fine reprobat ſnia3 et
doctrinā pueriſſimā cuiuſdā heretici noīe
impij almaricij.cuius mentē pr̃ mēdacij.i.
diabolus ita excecauit ꝙ eiꝰ doctrina nō
tā heretica q̄3 iſana ſit cēſenda. Nota ꝙ
ſine vlla diminutiōe filius naſcēdo ſub̃am
pr̃is aſſumpſit. Itē nota ꝙ vbi ſil'itudo
ē pōt eſſe diſſimilitudo. Itē nota vnū ge
nerale ꝙ delictū pſone i dānū eccīe nō re
dundat. Itē nota ꝙ lʒ pſona reꝓbet̃ nō
tñ eius acta.⁊ ſic nota ꝙ reꝓbato origina
li nō reꝓbat̃ qđ ſequit̃ ex eo. Nota ꝙ lʒ
aliquis erret in fide.ſi tñ eſt patus corrigi.
nō eſt cenſendus hereticus.

### De cōſtitutionibus. Titulus.ij.

Caſuſ. Precipit

**CAnonum** ꝯciliū meldeñ. ꝙ
ſtatuta canonū cuſtodiant̃ ab
oibus.⁊ i actōibus vl' iudicijs
eccleſiaſticis nemo ducat̃ ſuo ſenſu.ſed iu
dicet ſm canones ⁊ leges. Nota ꝙ ca
nones ab oibus debēt obſeruari. Nota
ꝙ i iudicijs nemo ſuo ſenſu debeat duci.

Caſus. Primo po

**Cognoſcentes** nit̃ regula generalis
videlʒ ꝙ nullꝰ puniri dʒ ſine culpa. Scđo
đr ꝙ ſi ꝯſtitutio aliq̄ de nouo ꝓmulgat̃.ex
tendit̃ ad futura tm̃ puniēda.q̄ ꝯtra ipſam
ꝯſtitutōe3 cōmittunt̃.ita ꝙ p̃terita nō pu
niat ne detrimentū añ ꝓhibitōe3 ſuſtineāt
ignorātes.qđ eos ſi poſtea deliquerint di
gnū eſt ſuſtinere. Nota regulā. Res que
culpa caret.i dānū vocari nō ꝯuenit No
ta ꝙ leges dāt formā futuris negocijs.
Nota ꝙ decretū nō ligat ignorātes.

Caſus ſic ponit̃. Quida3

**Tranſlato** hebrei lʒ facti chriſtiani ſer
uare volebant legē ad lr̃am.q̄ dicebat p̃ce
ptum de ſabbato ſeruandū eſſe.⁊ circūciſi
onē eſſe ſeruandā.q̄ hodie ad lr̃am ſeruari
nō debēt. Hos rep̃hendit apl's dicens ꝙ
poſtq̄3 ſacerdotiū tranſlatū eſt ad chriſtia
nos.neceſſe eſt vt legis trāſlatio fiat. Aug.
ſup illo loco ꝓbat ꝙ hoc facere nō debent
qr lex ⁊ ſacerdotiū ſimul data fuerūt. ⁊ ab
eodē.⁊ ſub eadē ſpōſione. ⁊ ideo ſimul ſer
uanda ſunt.qr qđ de vno cōnexoꝝ dicit̃ đ
alio intelligi neceſſe eſt. Nota ꝙ trāſla
to aliquo transfert̃ ſentētia ⁊ lex ſeu cōdi
tio. Item nota ꝙ cōnexoꝝ idem eſt iu
dicium.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## Nam concupiſcentiam

Caſus ſic ponit̃. Legit̃ i ep̄l'a pauli ad ro
manos. peccatū nō cognoui niſi ꝑ legē. nā
ɔcupiſcētiā neſciebā. niſi lex diceret . nō cō
cupiſces. Aug. exponit h̄ v̄ba ap̄l'i. ſ. nā cō
cupiſcentiā neſciebā dicēs. hoc eñ elegit
ap̄l's generalius. ſ. ɔcupiſcētie vitiū vnde
oīa mala oriunt̃. ɔcludit aug⁹. ergo lex illa
bona eſt q̄ dū h̄ ꝓhibet. oīa mala ꝓhibet.

Nota ꝙ licet aliq̄d nō noceat. ſi tñ noce
re poſſit ꝓhiberi dꝫ. Itē nota oriunt̃. i.
oriri pñt. ſic potes dicere i dictis teſtiū.
Itē nota ꝙ aliq̄ ꝓhibito vel ɔceſſo. oīa cō
cedi vel ꝓhiberi q̄ ex eo ſequunt̃.

Caſus ſic ponit̃. In pa

## Ne innitaris

bol' ſalomonis ponunt̃
iſta verba. fili mi habe fiduciā in dño ex to
to corde tuo. ⁊ ne īnitaris prudētie tue. et
ne ſis ſapiēs apud temetipſū Hieronimus
exponit verba iſta ne īnitaris prudētie tue
dicens illū inniti prudētie ſue qui ea que ſi
bi vident̃ agenda vel dicēda p̄ponit ſtatu
tis ſanctoꝝ patꝝ vel etiā legibus. Item
nota ꝙ ꝓpriū intellectū nō dꝫ aliquis p̄fer
re decretis ſanctoꝝ patꝝ.

Caſus eſt Canonici trecē.

## Cum oēs

tale fecerūt i eccleſia trecēſi
cōſtitutū ꝙ ipſi tā in abſentia q̄ꝫ in p̄ſentia
reddit⁹ ſuos ꝑciperēt integraliter. Qui ve
ro p⁹ illā ɔſtōēꝫ inſtituerent̃ nihil ꝑciperēt
in abſentia. ſed tūc tm̄ cū fuerint reſidētes
cū tñ ɔſuetudo eccleſie trecēn̄. erat ꝙ oēs
in h̄ eſſent ꝑes. Inſup cū ſingule p̄bēde vi
neas haberēt annexas. ſtatuerūt ꝙ ipſi dū
viuerēt ſuas vineas poſſiderēt. ⁊ vinee de
cedentiū nō trāſirent ad ſucceſſores. ſed ꝑ
uentus caꝑint̃ ſingulos diuidant̃. Perue
nit h̄ ad noticiam dñi pape. Et ſup h̄ papa
ſcribit archiep̄o ſenonēſi dicēs. ꝙ q̄ſqꝫ iu
ris in alteꝝ ſtatuerit. ipſe dꝫ vti eodē. ⁊ ſa
piētis dicat autoritas. patere legē. quā ip
ſe tuleris. Papa mandat ipſi archiep̄o ꝙ
oēs canonicos antiq̄s ⁊ iuniores in ꝑcep
tōe bñficioꝝ tā p̄bendaꝝ q̄ꝫ vineaꝝ faciat
eſſe ꝑes ſm̄ p̄orē cōſuetudinē ſeruatā vſqꝫ
ad tp̄s ɔſtitutōis p̄fate. vel ſm̄ rōnabilē cō
ſtōem in poſteꝝ obſeruandā. Nota ꝙ cō
ſtitutio facta in p̄iudiciū abſentiū ⁊ futuro
rū nō valet. Nota regulā ꝙ quiſqꝫ iuris
⁊c. Nota ꝙ in p̄bendis ꝑcipiēdis equa
liter vl' ineq̄liter ɔſuetudo attendit̃. No
ta ꝙ ſi ɔſuetudo fuit ꝙ oēs canonici eq̄les
haberēt p̄bendas ⁊ imutata eſt. debet ad
ſtatū priſtinū reformari.

Caſus ſic ponit̃.

## Que i eccleſiaꝝ

Ciues teruēſini cō
ſtituerūt. ꝙ ſi aliq̄s ad inopiā ꝯgere ſe ꝓba
bilit̃ alligauerit liberā habeat facultatē ali
enādi feudū. qđ ab eccleſia tenet. Perue
nit h̄ ad noticiā dñi pa. Papa ſcribit ſup h̄
ep̄o tridētino volens ſup h̄ eccleſiaꝝ indē
nitati ꝓuidere decreuit hm̄ōi ɔſtōem ⁊ vē
ditōes feudoꝝ eccleſiaſticoꝝ factas ſine le
gitimo clericoꝝ ɔſenſu vires aliq̄s nō ha
bere. Nota ꝙ ɔſtō laicoꝝ facta in rebus
eccleſie nō valet. Nota ꝙ feudū nō po
teſt vendi ſine volūtate domini a q̄ tenet̃.

Caſuſ. Qui

## Cum acceſſiſſent ⁊c.

dā canonici
tullē. olim ſignificauerūt dño pape. ꝙ p̄mi
ceriatus tullē. tāto tp̄e vacauerat. ꝙ ipſi⁹
collatio ad dñm papā fuerat deuoluta. Un
de papa mādauit quibuſdā vt ſup h̄ inq̄re
rent veritatē. ⁊ ſi vacauiſſet tāto tp̄e ꝙ ſm̄
lateran̄. ɔciliū ad dñm papā collatio fuiſſꝫ
deuoluta. ipſi ꝑſonā idoneā de ꝑſonatu ip
ſius iueſtirent. Cū aūt ſup h̄ executores ꝓ
cedere vellent ex ꝑte capituli fuit ꝓpoſitū
corā ipſis ꝙ reſcriptū nō valebat veritate
tacita ipetratū. q2 đ cōi ɔſenſu canonicoꝝ
tullē. fuerat cōſtitutū ne dignitas illa eſſet
vlterius in tullē. eccīa. ⁊ ipſa cōſtitutio fue
rat ꝑ ſedē ap. ɔfirmata. ꝓpter qđ euidēter
ptꝫ ꝙ p̄miceriat⁹ tāto tp̄e nō vacauit ſicut
fuit falſo dño pape ſuggeſtū. ꝓpt̃ qđ nego
ciū delatū eſt ad dñm pa. corā quo iſta oīa
fuerūt ꝓpoſita. Unde mādat pa. quibuſdā
vt ſi cōſtiterit canonicos tullē. cōiter ſtatu
iſſe ne p̄miceriatus eſſet vlterius in eccle
ſia tullē. ⁊ ſtatutū ipſum autoritate apoſto
lica ɔfirmatū fuiſſe illud faciāt in ſuo robo
re ꝑmanere. niſi poſtmodū dicti canonici
ɔtrauenerint aliquē in p̄miceriū eligendo.

Nota ꝙ p̄micerius đ2 habere officiū.
Nota ꝙ q̄ facit ɔtra p̄uilegiū amittit vires
p̄uilegīj. ⁊ ſic nota ꝙ ius ꝓpriū ꝑdit̃ ꝑ abu
ſum. Nota ꝙ facilius aliq̄d imutatū re
ducit̃ ad p̄ſtinū ſtatū q̄ꝫ ꝙ imutet̃.

Caſus Canonici ferrariē.

## Cum. M.

vt maiorib⁹ redditib⁹ abun
darēt ſtatuerūt. xiiij. p̄bendaꝝ numeꝝ i ec
cleſia ferrariē. p̄ter illud qđ cōi mēſe depu
tarūt cōiter ɔtra antiquā ɔſuetudinē ipſi⁹
eccleſie. Poſtmodū q̄dā p̄benda vacāte i
ipſa eccleſia canonici ɔtra ɔſtōem ipſaꝫ vo
lūtarie veniētes. M. ⁊ q̄ttuor ſocios ſuos
in canonicos receperūt nullis p̄bēdis aſſi
gnatis eiſdē. ⁊ q̄ꝫuis redditus illoꝝ eſſent
q̄ꝫ plurimū augmētati noluerūt tñ eiſdē de
ſuperexceſcētib⁹ redditibus ꝓuidere. ⁊ iō i
ter dictos qnqꝫ ⁊ capitulū p̄dictū qō ſup h̄
mota fuit corā ferrariē. ep̄o. Tandē ad ſe.
ap. qō eſt delata. corā dño papa oīa iſta fu
erūt ex ꝑte illoꝝ qnqꝫ ꝓpoſita. ⁊ ex aduer
ſo ex ꝑte capituli fuit ꝓpoſitū ꝙ i ferrariē.
eccleſia. xiiij. p̄bēdaꝝ numer⁹ fuerat ɔſtitu
tus ⁊ a ſede ap. ɔfirmat⁹. Tandē cū vna p̄
bēda in eadē eccleſia vacauiſſet ad inſtātiā
q̄rundā receperūt duos ad eādēꝫ p̄bendā
et poſtmodū ad p̄ces ep̄i dictū. m. ⁊ q̄ndā
aliū ſine p̄iudicio ɔſtōis p̄dicte in canoni
cos receperūt. ita tñ ꝙ ipſi de canonicatu
nil reciꝑent donec p̄mi duo eſſent p̄bēdas
integre aſſecuti. ⁊ redditus q̄ ꝑ eoꝝ indu
ſtriā excreuerūt deputauerūt cōi mēſe que
minus ſufficiēs erat. q̄s qnqꝫ canonici ſibi
ɔtra p̄dictā ɔſtōēꝫ petebāt i bnficiū aſſigna
ri. Iſtis ⁊ alijs allegatis mādat pa. iudici
vt cū in ɔſtōe p̄dicta ⁊ ɔfirmatōe ap̄l'ica vl'
fuerit vel eſſe debuerit ſicut ɔſueuit exp̄ſſū
niſi itantū excreuerint eccīe facultates ꝙ
plurib⁹ poſſint ſufficere cōpetent̃. ⁊ ipſi ca
nonici ɔtra ɔſtōem ſuā recepert̃ q̄ttuor ad
vacaturas p̄bēdas vltra nūeꝝ ɔſtitutū. fa
ciat ſuperexceſcētes reddit⁹ p̄dictiſ qnqꝫ ca
nonicis aſſignari. ita ꝙ ſi ex eis eq̄les cū a
lijs poſſint habere p̄bēdas. qđ ſupfluū fue
rit i cōes vſus ɔuertat̃. antiq̄s canonicis p̄
bendas ſuas ꝑcipiētib⁹ ɔſuetas. reuocato
in p̄ſtinū ſtatū q̄cq̄d ab alterutra ꝑtiū in p̄
iudiciū alteri⁹ p⁹ motā q̄ōem corā ep̄o fer
rariē. circa p̄bēdas vl' poſſeſſiōes fuerit at
tēptatū. Nota q̄dā notabilia i hac decre
tali p̄mo ꝙ ꝓteſtatio nō ꝓdeſt illi qui facit
ɔtra ipſā ꝓteſtatōem vbi dicit. ſine p̄iudi
cio. ⁊ vbi dicit i derogatōēꝫ. Itē vbi cer
tus cano. numerus ɔſtituit̃ ɔditio illa niſi
itantū excreuerit ⁊c. ſubītelligit̃ etiaꝫ ſi nō
apponat̃. Itē lite mota nihil eſt ab alt̃u
tra ꝑtiū inouandū in p̄iudiciū alterius.

Caſus ſic

## Eccleſia ſancte marie

ponit̃. Ec
cleſia ſancte marie i via lata mouit ɔtra io
hannē đ atheya ſup q̄buſdā poſſeſſiōibus
corā. l. iudice q̄ōēꝫ lite pēdente. Idē iohēs
poſſeſſiōes illas trāſtulit i monaſteriū ſan
cti ſilueſtri. tandē abſolut⁹ fuit idēꝫ iohēs.
Appellatū fuit ad ſenatorē corā q̄ idēꝫ io
hānes dicebat ꝙ nō erat ɔueniēdus. q2 nō
poſſidebat illas poſſeſſiōes. Demū. b. ſena
tor roman⁹ occaſiōe cuiuſdā ſtatuti. i q̄ ɔti
nebat̃ ꝙ ſi q̄s rē litigioſaꝫ lite pēdente trāſ
ferret i aliū illa poſſeſſio auferat̃ poſſeſſorī
et det̃ petitori. ſpoliauit mōaſteriū poſſeſſi
onib⁹ ill' ⁊ reſtituit illas eccīe ſancte marie
monaſterio ñ citato vl' ɔuicto. Unū mōaſte
riū ɔqueſtuꝫ fuit dño pa. Papa ɔſiderans
ꝙ laicis q̄ntūcunqꝫ religioſis ſup eccleſiis
⁊ ꝑſonis eccleſiaſticis nulla ē attributa fa
cultas. ⁊ ſi ab ill' ꝓprio motu ſtatutū fuerit
ꝙ eccīaꝝ etiā vtilitatē reſpiciat ⁊ fauorem
nulli⁹ dꝫ eſſe momēti niſi ꝑ romanā eccīam
fuerit approbatū. Unū ſtatutū baſilīj de nō
alienādis p̄dijs ruſticis vl' vrbanis miſte
rijs ⁊ ornamētis eccīaꝝ. lꝫ in ſe bonū fue
rit illa rōe reprobatū fuit. q2 ꝑ ſedēꝫ ap. nō
fuit roboratū. iōqꝫ qđ a ſenatore fuerat fa
ctū in p̄iudiciū monaſterīj nō ɔuenti. nō cō
feſſi. nō ɔuicti dñs papa i irritū reuocauit.
et eaſdē poſſeſſiōes reſtituit monaſterio ſu
p̄dicto. Nota ꝙ laici de reb⁹ eccīe vl' ꝑ
ſonis eccleſiaſticis nihil diſponere pñt i p̄
iudiciū eccīe. Itē ꝙ ſnīa lata ɔtra abſen
tem ñ citatū. nō ɔfeſſum. ñ ɔuictuꝫ nihil va
let. Iteꝫ nota ꝙ iudex eccleſiaſtic⁹ p̄t re
tractare ſnīam iniquā iudicis ſecularis.

Caſ⁹ Magiſtri artiū liba

## Ex litteris

liuꝫ piſi⁹ ɔmorātes a ɔſue
tudine antiq̄ i q̄buſdā articul' deuiauerāt.
Unū ipſi volētes ɔſuetudinē p̄ſtinā rfor̄ma
re iuramēto interpoſito ſtatuert̃ ꝙ ſi quis

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

magiſtroꝝ oꝛdinatõni vniuerſitatis ipſoꝝ duceret reſiſtendũ ⁊ tercio cõmonit⁹ infra triduũ vniuerſitati coꝛpere ꝯtẽneret extũc cõſoꝛtio alioꝝ ĩ magiſtralibus ꝓuareꝛ ꝓpꝫ qꝺ magiſter. S. cõione ipſoꝝ fuit ꝓuatus tandẽ voluit redire ⁊ obedire vniuerſitati ſed vtꝝ debeat recipi dubitaꝛ. Quidã dicebant ꝙ ſic debebat remaneꝛ ꝓuat⁹. Alij dicebãt ꝙ recipiẽdus erat exquo volebat ſatiſfacere. Alij dicebãt ꝙ nõ poſſet recipi ꝓpter iuramentũ abſqꝫ licentia dñi pape. Vñ papa ꝯſultus rñdet ꝙ ꝯſtitutũ nõ fuit vt hmõi ꝓuatio in ꝑpetuũ duraret. cũ tam de iure cõi ꝗꝫ de ꝯſuetudine eccleſie exiſtit vt q ꝓpter ꝯtumaciã alioꝝ cõmunione ꝓuaꝛ cũ ſatiſfacere voluerit reſtitui debeat. Mãdat dñs papa ꝙ dictũ magiſtꝝ obedire volentẽ admittãt in magiſtralib⁹ ad cõſoꝛtiũ vniuerſitatis. Nota ꝙ q ſimpliciꝛ a cõione alioꝝ excludiꝛ ꝓpter ꝯtumaciam dꝫ recipi cũ ſatiſfacere voluerit. Itẽ nota ꝙ iuramentũ eſt benigne interꝓtãdũ.

Caſus ſic poniꝛ. Eduẽñ. canonici vt maioꝛibus redditib⁹ abundarẽt numeꝝ ꝓbendaꝝ

**Ex parte epi** in eccleſia eduẽñ. ab antiq̊ ſtatutũ reſtrinxerũt. lꝫ redditus ipſoꝝ nõ fuerint diminuti Significauit h̄ eps̄ eduẽñ. dño pape. Nolẽs igiꝛ dñs papa cultũ diuini nois diminui. ſed poti⁹ augmẽtari. mãdat quibuſdaꝫ vt antiquũ numeꝝ faciãt ĩ eccleſia eduẽñ. ſeruari. ⁊ ſi q̃s ꝓbẽdas a tꝑe vltimi ſtatuti vacaſſe iuenerint ꝑſonis idoneis illas ꝯferãt de ꝯſilio epi nõ obſtãte aliq̃ ꝯſtitutõne ſuꝑ h̄ a canonicis ipſis fctã. aut ꝯfirmatõe a ſede apoſtolica obtẽta. Nota ꝙ numerus clericoꝝ ꝑ ſolos canonicos nõ põt diminui nec valet ſtatutũ ſuꝑ h̄ factũ niſi papa ex certa ſcientia illud cõfirmaret.

Sic pone caſuꝫ. Dñs gregoꝛius papa fecerat q̃ndã

**Quoniam** ꝯſtitutõem ĩ eccĩa ſancte marie maioꝛis ꝺ vrbe. q̃ ꝯſtitutio eſt ĩfra. ꝺ maio. ⁊ obe. q̃ incipit ſtatuim⁹. in q̃ ꝺꝛ ꝙ ꝓſbyteri ꝓmũ locũ obtineãt. dyaconi ſcꝺm. ſubdyaconi terciũ et ſic de reliq̃s obtineãt oꝛdinatim etiaꝫ ſi poſterius admittanꝛ ⁊ q maioꝛ eſt oꝛdine in poꝛtõe ꝑcipiẽda ſit potioꝛ etiã ſi poſterius ſit receptus. Suꝑ iſta ꝯſtitutiõe dubitabaꝛ vtꝝ cõſtitutio iſta traheretꝛ ad ꝓterita vel ad futura tm̃. Dicit pa. ꝙ ꝯſtitutio iſta ſedis ap. oẽs aſtringit ⁊ nihil dꝫ obſcuꝝ et ambiguũ ꝯtinere ⁊ iõ declarat ꝯſtitutõeꝫ ꝓ dictã dicẽs ꝙ ꝯſtitutio iſta nõ ad ꝓterita. ſed ad futura tm̃ dꝫ extẽdi. qꝛ leges ⁊ ꝯſtitutõez dãt formã futuris negocijs ⁊ nõ ꝓteritis niſi noĩatim ĩ eis dicaꝛ de ꝓteritis negocijs. Nota ꝙ ꝯſtitutio pape general' eſt ⁊ oẽs ligat cũ ſit iudex oĩm. Itẽ q ius ꝯſtituit dꝫ ipſũ declarare. Itẽ ꝯſtitutio dꝫ eſſe apta ⁊ clara. Itẽ ꝯſtitutio futura tantũ reſpicit niſi aliud caueaꝛ ibidẽ.

## De reſcriptis ⁊ eoꝛum interꝓtationibus. Titulus. iij.

Sic põe caſum vt ois

**Sicut romana** tollaꝛ dubitatio. Quidã ꝓpter ſuã culpã. qꝛ ſepe deliq̃rat ĩ appellãdo ꝓuatus fuit beneficio appellatõis vt puniretꝛ in eo in q̊ peccauit. ĩpetrauit indulgẽtiã vt ſibi liceret appellare. ⁊ ſic reſtitut⁹ fuit iuri cõi vt poſſet appellare vt ꝓus Quidã ali⁹ ĩpetrauit lr̃as ꝯtra iſtũ q habebat ĩdulgentiã ſuꝑ aliq̃ cã. appellatõe rmota vocat⁹ fuit iſte ad iudiciũ. ꝯfiſus iſte ꝺ indulgẽtia ſua appellauit ad papã. q̃riꝛ an tali appellatõi ſit deferẽdũ. Rñdꝫ papa ꝙ tali appellatõi nõ eſt deferẽdũ poſtq̃ꝫ appellatõe remota cã iudici ẽ cõmiſſa. qꝛ ſpãle mãdatũ derogat generali. Nota ꝙ ſpẽale mandatũ derogat generali.

Caſus. Quidã cleric⁹ noie

**Ex parte** g. ĩpetrauit lr̃as ad epm̃ ꝯuẽtrẽ. ꝯtra quendã aliũ noĩe. f. ſuꝑ ꝓbẽda de noualis ſub hac foꝛma ꝙ ſi ꝯſtaret ipſuꝫ. f. ꝺ ꝑiurio eſſe ꝯuictũ ⁊ ꝑpetuo illi renũciaſſe ꝓbende. remoueretꝛ ab ea. iudex in cã ꝓcedẽs qꝛ ei ꝯſtitit de ꝓmiſſis ipſũ. f. eadẽ ꝓbenda ꝓuauit. a q̃ ſnia dictus. f. appellauit et ad archieꝑm cantuariẽ. lr̃as impetrauit ſub hac foꝛma vt eidẽ ꝓbendaꝫ ꝓciſe ⁊ abſqꝫ cauſe cognitõe reſtitueret. Eps̄ cõuentrẽ. hoc intelligẽs ſignificauit domino pape. qualiter in negocio ipſo ꝓceſſerat. Suꝑ hoc negocio reſcribit papa eidẽ archiepo dicens ꝙ nõ credat ita ꝓciſe ſcripſiſſe



et ĩ hmõi lr̃is hec ꝯditio dꝫ intelligi ſi ꝓces ṽitate nitanꝛ etiã ſi nõ apponaꝛ. Vñ mandat papa eidẽ archiepo vt ĩſpiciat lr̃as cõuentrẽ. epo directas. ⁊ ſi inuenerit qꝺ ſm ꝓdictũ modũ eidẽ ſcripſiſſet ⁊ ĩ lr̃is ipſi⁹. f. nõ fuerit habita mẽtio ꝓoꝝ lr̃aꝝ ſniam epi ꝯuentrẽ. debeat ꝯfirmare. ⁊ ipſuꝫ. f. cũ lr̃is q̃s ĩpetrauit ad ſedẽ apl'icã venire ꝯpellat

Ex hac decretali nota ꝙ ꝑiuriũ repellit ab obtẽto bñficio. Itẽ renũciatio ꝓuat aliquẽ iure ſuo. Nota ꝙ papa nõ ſcribit ſine cãe cognitõe. ⁊ ſi ſcribit lr̃e ſuſpecte ſũt et debent ad eũ remitti. Nota ꝙ in lr̃is apl'icis intelligiꝛ iſta ꝯditio ſi ꝓces ṽitati nitanꝛ etiã ſi nõ apponaꝛ. ⁊ ſic nota ꝙ licꝫ reſcripta ſint ſtricti iuris quedã tñ ĩ eis tacite intelligunꝛ. Nota ꝙ iuriſdictio delegati potius ꝯſideraꝛ ſm ꝓcũ ṽitateꝫ ꝗꝫ ſm formã ſcripture. ⁊ ſic nota ꝙ reſcriptũ potius interꝓtandũ eſt valere ſm rei ṽitatẽ ꝗꝫ ſm oꝛdinẽ ſcripture. Nota ꝙ iudex vltimo dat⁹ formã ꝓcedẽtiũ lr̃aꝝ dꝫ inſpicere.

Caſus. Aliq̃s ĩpetrauit lr̃as cõ

**Ceteꝝ** tra aduerſariũ ſuũ ſuꝑ aliq̃ cã. aduerſarius ille poſtmodũ obtinuit cãm illaꝫ alijs iudicib⁹ cõmitti. nulla mentõe habita de ꝓoꝛi cõmiſſione. Diciꝛ h̄ ꝙ ꝓme lr̃e valẽt ⁊ nõ ſcꝺe. Si ṽo in ſcꝺis fiat mẽtio de ꝓmis tũc ſcꝺe valẽt ⁊ nõ ꝓme. Vltio dicit ꝙ ſi de aſſenſu ꝑtium cã cõmittiꝛ. ⁊ ꝑs altera poſtea altera neſciẽte tacito ꝺ cõmiſſione ꝓoꝛi cãm alteri obtinuerit delegari lr̃e nõ valẽt ⁊ is q tali dolo aduerſariũ ſuũ laboꝛare coegit ĩ expẽſis dꝫ eidẽ ꝯdẽnari. Nota penã illius q lr̃as falſas ĩpetrauit ꝙ caret cõmodo illaꝝ lr̃aꝝ. Nota ꝙ lr̃e poſterioꝛes debẽt facere mẽtionẽ ꝺ ꝓoꝛibus alias ꝓoꝛes nõ reuocanꝛ. Nota ꝙ poſt lr̃as ĩpetratas ꝺ ꝯſenſu ꝑtiũ alie lr̃e nõ pñt ĩpetrari niſi ꝺ eis faciãt mẽtõꝫ. Nota ꝙ nõ refert vtꝝ fraus ꝯmittaꝛ ĩ ꝓncipio vl' ꝓceſſu tꝑis Nota ꝙ ille q̃ ꝑ falſas lr̃as grauat aduerſariũ ẽ ſibi ĩ expẽſis cõdẽnand⁹.

Caſus ſic poniꝛ Ecce

**Inter ceteras** papa mandat aliq̃ ſub diſiũctõe. quoꝝ vnũ eſt veꝝ. alteꝝ vero falſum. h̄ mõ ſi cõſtiterit ꝙ talis ſit fili⁹ ſacerdotis ⁊ ĩ ſacerdotio genit⁹ q ꝓximo ĩ tali eccleſia miſtrauit vel ꝙ illicite occupauit eãdẽ eccleſiã qꝺ iuſtũ fuerit exeq̃ris. Queriꝛ qd iudex facere debeat. Papa rñdet ꝙ qꝺcunqꝫ iſtoꝝ iudici ꝯſtiterit eadẽ eccleſia ipſuꝫ ꝓuet ⁊ idẽ in ſimilib⁹ eſt ſeruandũ. Nota ꝙ ſi aliq̃ mãdanꝛ ſub diſiũctõe vnũ ſufficit ꝓbari vel adimpleri. Nota ꝙ in ſimilibus ideꝫ eſt iudiciũ.

Caſus. Ecce aliq̃s habens

**Si q̃ndo** plura bñficia ĩpetrauit lr̃as ꝯtra archieꝑm rauẽnatẽ. ſuꝑ obtinẽdo bñficio ĩ eccleſia rauẽnateñ. tacito ꝺ bñficijs ſuis archieps̄ multũ miratus fuit ꝙ papa ſcribebat ꝓ habẽti ſufficiẽs bñficiũ ⁊ ſuꝑ h̄ ſcripſit pape. Reſcribit ſibi papa dicens. Frater ſi aliqñ dirigim⁹ tibi ſcripta nr̃a q̃ animũ tuũ exaſperare videnꝛ turbari nõ ꝺbes nec moueri. ſed debes ꝯſiderare q̃litatem negocij ꝓ q̊ ſcribimus diligẽter ⁊ aut mandatũ noſtꝝ reuerẽter adimpleas. aut ꝑ lr̃as tuas cãm rõabilem oſtẽdas q̃re illꝺ adimplere nõ poſſis. qꝛ nos patiẽter ſuſtinebimus. ſi nõ feceris qꝺ praua nobis fuerit inſinuatõe ſuggeſtũ. Nota ꝙ ꝓpter verboꝝ aſperitatẽ ſuꝑioꝛis nõ dꝫ inferioꝛ moueri. Itẽ nota ꝙ mandatũ ſuꝑioꝛis dꝫ adimpleri vel eſt reddẽda rõ q̃re nõ adimpleꝛ. Et ſic nota ꝙ per lr̃as monitoꝛias ius cõferꝛ. Itẽ nota ꝙ ea que ꝑ ſolicitudinem nimiã elicita ſunt nõ valent. Itẽ nota ꝙ de omnibus eſt reddẽda ratio.

Caſus. Ciſtercieñ. mo

**Cum ordinẽ** nachi vl' alij religioſi habent ꝓuilegia ſuꝑ decimis vel alijs rebus. Diciꝛ hic ꝙ ſi aliquis lr̃as ĩpetrauit cõtra iſtos religioſos ſuꝑ his in q̄bus ſunt ꝓuilegiati de ipſoꝝ ꝓuilegijs mentõe nõ habita ꝑ tales lr̃as nõ tenenꝛ rñdere. Itẽ nota ꝙ reſcriptũ ĩpetratũ ꝯtra regl'ares ſuꝑ hiſ q̃ ſũt eis ꝯceſſa ꝑ ꝓuilegiũ ñ valꝫ niſi ĩ reſcripto ꝺ ꝓuilegio vl' de oꝛdine mẽtio habeaꝛ

Caſus. Quidã iudeus de no

**Eam te** uo ꝯuerſus ad fidẽ eccleſia toꝛnaceñ. vacante impetrauit lr̃as ꝯtra decanum ⁊ capitulũ eccleſie toꝛnaceñ. vt ipſum reciperent in canonicũ. ⁊ in fratrem ⁊ ꝓbendam cõferrent eidem. Ipſe vero litteras ſuas ꝓſentauit decano ⁊ capitulo. ipſi

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

reſpōderūt ꝙ ad ipſos nō ꝑtinebat collatio ꝓbendaꝝ. ſed ad epm̄ tornaceñ. Ipſe ꝓſentauit lr̄as epō poſtmodū electo regrendo ipſum vt qđ papa mādauerat adimpleret. Et epus rñdit ꝙ nullū ſup hoc a dn̄o papa recepat mandatū. ⁊ ſic infecto negocio rediȷt iſte ad papā. Modo reſcribit papa epō tornaceñ. dicens ꝙ ſi datā lraꝝ diligentius attēdiſſet nullatenus repuliſſet eundem. qꝛ tpe illo quo lr̄e date fuerūt ipſe erat ꝺ capitulo tanꝗ̄ qui erat archidyaconꝰ eiuſdē eccleſie. nec erat adhuc i epm cōſecratus. Unde nō poterat allegare ꝙ nō recepiſſet mandatū. In fine dicit ꝙ nō debuit dedignari ipſum recipe. qꝛ iudeus erat. Ex hac decretali nota ꝙ data lraꝝ dꝫ cōſiderari. Item qđ mandaꝛ capitulo intelligiꝛ mandari cuilibet de capitulo ſi mandatū adimplere poſſit.

**Ad aures** Caſus. Quidam ꝓlati tacito noīe ſuaꝝ dignitatū lr̄as impetrauerīt ſup minoribus beneficijs ſimplici noīe ſe appellantes. Queriꝛ an tales lr̄e valeant. Rñdet papa ꝙ nō eſt ſue intētionis vt ꝑ tales lr̄as debeant inquietari paupes clerici in quibus actor nomē ſupprimit ſue dignitatis. Unde tales lr̄e non valent. Ex hac decre. nota ꝙ ad intentionē mandantis recurrendū eſt. Itē nota ꝙ qui lr̄as ſup beneficio imperat dꝫ facere mentōem de beneficijs ſuis.

**Si autem** Caſus. Aliquis ipetrauit lr̄as cōtra aduerſariū ſuum ſup aliqua cā. poſtmodū aduerſarius ille ſup eadem cā ad alios iudices lr̄as ipetrauit in quibus de ꝓoribus mētio nō fiebat et cepit ꝯuenire aduerſariū ſuū qui ꝓores lr̄as ipetrauit. Ille corā iudicibus excepit ſe lr̄as priores hr̄e. de qbus in poſterioribus mētio nō habeꝛ. queriꝛ quid iuris ſit. Diciꝛ ꝙ ſi prior impetrās dolo vel negligentia lr̄is ſuis vſus nō fuerit ꝑ poſteriores lr̄as poterit cōueniri. Si vero copiā iudicis delegati habere nō potuit ꝑ poſteriores lr̄as nō poterit ꝯueniri. Ex hac decretali nota ꝙ dolus ⁊ negligētia imputātur. Item ſi ꝑ me nō ſtat quo minus faciam ſed ꝑ iudicē mihi nō imputaꝛ.

**Ad hoc** Caſus. Quidā impetrabant lr̄as a ſede apoſtolica ꝑ quas oīa negocia ipſoꝝ cōmittebantur arbitrio vnius iudicis vel pluriū quos ſibi eligere volebant. ſicqꝫ fiebat vt ſi aliquē cōuenire volebāt trahebant illū ad iudices ſibi ꝓpicios ⁊ ꝑti aduerſe ſuſpectos. nō requirentes iudiciū ordinarij. Dicit papa nos volētes huic morbo celeri obuiare remedio. mādamus dioc. epo. vt ſi tales lr̄as inuenerit i ꝓuincia ſua decernat illas vires aliquas nō habere. Alij ponūt caſum ⁊ dicūt ꝙ iudices certi dati erāt. ⁊ qꝛ oīa negocia impetrantiū cōmittebanꝛ ꝑ lr̄as illas declinabāt examē iudicis ordinarij. Ex hac decre. nota ſcꝫ primū caſum ꝙ iudex certus dꝫ eſſe ⁊ ꝙ oīa negocia alicuiꝰ vni delegato ꝯmitti nō debent. qꝛ ꝑ hoc tolliꝛ iuriſdictio ordinarij qđ eſſe nō debet.

**Ad audientiam** Caſus. Quidā erat excōicatus forte ab ordinario. Iſte acceſſit ad curiā dn̄i pape et obtinuit lr̄as ſup ſua abſolutōe. Ordinarius cui lr̄e ꝓſentate fuerūt. inuenit in eis peccatū in cōſtructōe. Dubitauit ordinarius vtꝝ fides illis lr̄is eſſet adhibēda. Cōſuluit papā ſup hoc. ⁊ papa rñdet ꝙ talibus lr̄is fidē adhibere nō debet. Ex hac decretali hoc ſolū collige ꝙ in lr̄is dn̄i pape nō dꝫ eſſe vitiū latinitatis.

**Ex parte** Caſus. Capella de empentona ſubeſt eccleſie matrici de tarente. Quidā. O. diaconus cepit cōuenire capellanū ipſius capelle miniſtrantem in ea noīe rectoris matricis eccleſie. Ipſe. o. appellauit ad ſedē ap. ⁊ poſt appellatōem a ſe factā ab ipſa capella expulit capellanū. Rector matricis eccleſie eſt ꝓſecutus illā appellatōem quā ille o. fecerat. ſed ille o. ſuā appellatōem ꝓſequi nō curauit. ⁊ cū ille o. fuiſſet ad iudiciū euocatus obiecit ſe hr̄e priores lr̄as de qbus in poſterioribus mentio nō fiebat quas ſuppꝛ̄ſſit vſqꝫ ad terciā citatōem. ⁊ dolo vel negligentia eis vti poſtpoſuit. qđ ex diuturnitate tpis apparebat ex eo ꝙ bienniū a tempore impetratōnis erat elapſum. ⁊ de appellatōne ipſius in ſuis litteris mentio nō



fiebat. Cōſultus pa. ſup hoc mādat qtenꝰ ſi ita eſſe ꝯſtiterit qcquid factū eſt poſt appellatōem ipſius. o. debeat in ſtatū ꝓſtinū reuocari ⁊ illā capellā reſtituet matrici eccleſie eundē. o. i expēſis ꝯdemnādo. ſi ꝯſtiterit ipſum. o. appellatōem ſuā ꝓſecutū nō fuiſſe. Nota ex hac decre. ꝙ maior eccleſia matrix pōt defendere ⁊ agere ꝓ capell' ſuis. Nota ſic aliqs dꝫ deferre ſue appellatōi ſicut appellatōi ſui aduerſarij. Itē ex diuturnitate tpis vl' negligētia ꝓbatur dolus. Item q lr̄as ipetrat ſup eo ſup q̄ appellauit de appellatōe ſua dꝫ facere mētōem. Itē quicqđ ſit poſt appellatōem ſuā vel alterius dꝫ in ſtatū ꝓſtinū reuocari. Itē qui nō ꝓſequiꝛ appellatōem ſuā debet cōdemnari in expenſis alteri ꝑti.

**Sciſcitatus.** Caſus. Aliqñ papa cōmittit cām duobus vel tribꝰ iudicibꝰ cū illa clauſula. ꝙ ſi ambo vl' tres in cā ꝓcedere nō poteſtis alter veſtꝝ in cā ꝓcedat. vel ſic. Si oēs intereſſe nequeritis duo veſtꝝ in cā ꝓcedāt. Querebaꝛ de q̄ ipotentia intelligebaꝛ. Rñdet pa. ꝙ illa ipotentia intelligiꝛ tā de iur̄ ꝗ̄ de facto. De iure ſi aliqs illoꝝ ſit ſerꝰ vel infamis. vel alio ꝯſili ipedimēto detētus puta ſi eēt excōicatus vel remotꝰ vl' ſuſpēſus. De facto vt ſi aliqs eoꝝ mortuꝰ fuerit aut ineuitabili ipedimēto detētus ⁊ tūc dꝫ ſuis ꝯiudicibus ſignificare. vt i negocio ſibi cōmiſſo ꝓcedāt. Sꝫ ſi aliqs illoꝝ ſolūmō noluerit intēſſe ꝓpter h̄ nō excuſaꝛ q̄minus debeat cū alijs intēſſe niſi i reſcripto diceret ſi oēs ſil' in cā ꝓcedere nō poteritis aut nolueritis intēſſe. No. ꝙ nō poſſe dupl'r ſumiꝛ in lr̄is dn̄i pape de facto ⁊ de iure. Nota ꝙ ſerꝰ ⁊ infamis nō pōt eſſe iudex infamis tñ pōt eſſe arbiter. Itē nota ꝙ iudices nō pn̄t ꝓcedere ſine ꝯiudice ſuo ſi ille ſe nō excuſet. Item verbū ipoſſibilitatis nō ꝑtinet verbū nolūtatis.

**Paſtoralis.** In prima pte poniꝛ tal' caſus. Aliqs impetrauit lr̄as ꝯ aduerſariū ſuū ſup aliqua cā ad aliquos iudices. facta citatōe vel ſaltem ꝓſentatōe. altera ps poſtmodū obtinuit eandē cām alijs iudicibus delegari. ⁊ i ſcđis lr̄is fiebat mentio de ꝓmis. ſed opponebaꝛ ꝙ ꝑ falſi ſuggeſtionem ⁊ veri ſuppꝛ̄ſſionē erāt ipetrate. Dubitaꝛ vtꝝ ꝓme lr̄e ꝑ ſcđas ſint reuocate. ⁊ queriꝛ vtꝝ ꝓores iudices an poſteriores debeāt ꝯgnoſcere de hac reuocatōe. Rñdeꝛ ꝙ ſi ꝓores iudices volūt deferre poſterioribꝰ. vel poſteriores volunt deferre ꝓoribus. tūc oēs ſil' cognoſcāt. ⁊ ſi forte oēs ſil' nequerint i vnā ꝯcordare ſententiā ꝗ̄uis plures ſint iudices in vna cōmiſſione ꝗ̄ in alia. hmōi dubitatio ꝑ arbitros cōiter electos determineꝛ. Scđo formaꝛ talis q̄ſtio. Qñqꝫ ipetranꝛ lr̄e ſub hac forma. Cōqueriꝛ ticius ꝺ petro ⁊ qbuſdā alijs ſup decimis ⁊ rebꝰ alijs. Queriꝛ vtꝝ iudex ex tali delegatōe habeat iuriſdictōeꝫ ſup ꝑſonis vel rebus cōprehēſis ꝑ clauſulā illā. qbuſdā alijs ⁊ rebꝰ alijs anteꝗ̄ ꝑſone vel res in iudicio ſint expꝛ̄ſſe. Anteꝗ̄ ſoluat illā q̄ſtionē ſubijcit aliā. q̄ orit ex ſcđa q̄ſtione. q̄ talis eſt. Aliqs de ꝑſonis illis q̄ poterāt ꝯueniri ꝑ clauſulā illā. qbuſdā alijſ et rebus alijs expꝛ̄ſſo ꝓprio noīe ipetrauit lr̄as ꝯ primū ipetrantē lr̄as generales deſignādo aliquā rem certā q̄ includebaꝛ ꝑ illā clauſulā. ⁊ rebus alijs. nullā faciēs mentōem de ꝓori cōmiſſione. q̄riꝛ vtꝝ ſcđe lr̄e valeāt. cū de ꝓmis nullā faciāt mentōꝫ nec ꝑſona aut res fuerīt adhuc i iudicio expꝛ̄ſſe. Rñdet pa. ad iſta duo. ⁊ ꝓmo ad ſcđm dicēs. ꝙ cū ſpēale mandatū deroget generali. iuriſdictio attributa ꝑ lr̄as generales. ꝑ ſpāles lr̄as q̄ntū ad ea q̄ in ſcđis lr̄is ſpecialiter ſunt expꝛ̄ſſa penitus eneruaꝛ. licꝫ ꝺ ꝓoribus nō faciāt mentōem. Un̄ q̄ntū ad hāc cām ſpāliter cōmiſſam. ſupflua relinqꝛ ꝓma q̄ſtio. qꝛ nō hꝫ ꝓtātem. Poſtea rñdet ꝓme q̄ſtioni dicēs. ꝙ iudex bene hꝫ iuriſdictōem ſup ꝑſonis vel rebus exp̄mēdis. ſed illam exercere nō pōt anteꝗ̄ ꝑſone vel res fuerint expꝛ̄ſſe. Nota ꝙ q̄ñ dubitaꝛ de iuriſdictōe cuius ſit omnes debēt cognoſcere an ſua ſit. Item nota vbi eſt par iuriſdictio. maior numerus nō ꝓferꝛ. Itē nota ꝙ ſpeciale mandatū derogat generali. Nota ꝙ iudex habet iuriſdictōem ſed illam exercere nō poteſt ante expꝛ̄ſſionem reꝝ vel ꝑſonaꝝ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Caſus. Cauſa cõmiſſa eſt ſub hac forma.

**Sedes apl'ica.** Cõquerit ticius de petro ꝛ qbuſdã alijs ſup decimis ꝛ reb⁹ alijs. taliter ĩpetrantes deſignabãt viliores pſonas ꝛ minora negocia vt facilius lr̃as ĩpetrarẽt ꝛ p clauſulã generalẽ ꝯueniebãt digniores pſonas. ꝛ ſup maioribus negocijs. q̃rebat vtꝝ poſſent. Papa volẽs malicijs hoim obuiare ſtatuit ꝙ ſi minores ꝛ viliores pſone in cõmiſſionibus ſolũmõ exp̃munt maiores et digniores ſub clauſula generali nõ intelliguntur icludi ꝛ ſic nõ poſſunt ꝯueniri ſʒ nec p talẽ generalitatẽ multitudo effrenata poterit in iudicio ꝯueniri ꝛ q de minorib⁹ ꝛ leuioribus negocijs tm̃ fecerint mentõez ſup maioribus ꝛ grauiorib⁹ nullatenus audiant Scd̃o dicit ꝙ ſi aliqs pſonas aliq̃s exp̃fferit in cõmiſſione nõ vt velit eas ꝯueniꝛe ſed vt ad pares trãſire valeat vel ad minores Quia fraus ꝛ dolus ei patrocinari nõ debẽt tanq̃ʒ mẽdax p̃cator careat penitus ĩpetratis Ecce tria nota Primũ ꝙ pſone exp̃ſſe i reſcriptis digniores eſſe dñt vel ſaltẽ equales q̃ʒ ſint pſone ſub clauſula generali incluſe idẽ intellige de rebus ſpẽaliter exp̃ſſis ꝛ generaliter exp̃mẽdis Itẽ p reſcriptũ plures cauſe vnius cõmittunt ſed nõ oẽs Itẽ nõ dʒ aliquis exp̃mi p̃ncipaliter niſi debeat ꝯueniri Itẽ lr̃e p mendacium obtente nõ valent

Caſus. Quidã ſacerdos

**Ex tenore.** de colleuall' ĩpetrauit lr̃as ad quoſdã iudices ꝯ abbatẽ de beco. Iudices illi citauerũt abbatẽ corã qbus dictus p̃ſb̃r noluit rñdere Poſtmodũ ĩpetrauit alias lr̃as ꝯ eundẽ abbatẽ ad alios iudices qui h in ſupſcriptõe noiant de p̃oribus nõ habita mentõe Qui cũ citaſſent abbatẽ abbas ꝓpoſuit corã eis ꝙ p lr̃as illas nõ tenebat rñdere dicto p̃ſb̃ro qꝛ p alias lr̃as ad iudiciũ fuerat euocatus q̃ p poſteriores nõ fuerãt reuocate Iudices queſiuerũt a dño papa qd iuris eſſet Ipſe attẽdens ꝙ fraus ꝛ dolus alicui patrocinari nõ debẽt rñdit ꝙ ſacerdos carere dʒ cõmodo vtrarumq̃ʒ lr̃aꝝ qꝛ frauduleter ſup eodẽ negocio ad diuerſos iudices ĩpetrauit lr̃as

Nota ꝙ p ſolã citatõez ꝑpetuat reſcriptũ et ꝙ eadẽ cã diuerſis iudicib⁹ cõmitti nõ dʒ. Itẽ ar. ꝙ qs punit in eo i q̃ peccauit

Caſus. Quidã clericus

**Cum adeo.** p. noie ĩpetrauit lr̃as a dño papa vt p̃poſitus ꝛ clerici de grõgoſa recipent ipſum i canonicũ ꝛ in fratrẽ. Prepoſitus lr̃as illas oñdit mediolaneñ. archiep̃o. Archiep̃s multũ miratus fuit ꝙ cũ ipſe haberet ſufficiẽs beneficiũ in eccl'ia modiceñ. mãdauit dñs pa. ꝙ recipet i p̃dicta eccl'ia d' grongoſa ſcribẽs ſup h dño pape. Scribit pa. archiep̃o dicẽs ꝙ ſi lr̃aꝝ ſeriez attendiſſet nihil inueniſſet in eis qd̃ ipſius animũ offendiſſet. cũ in lr̃is illis de p̃bẽda ipſius nulla mentio haberet nec dicebat modiceñ canonicus nec etiã clericus nominabat. ꝛ in lr̃is talis erat cõditio. ſi dignus exiſteret ad eccl'iaſticũ beneficiũ obtinendũ. Ex his oibus poterat archiep̃s intelligere qualiter lr̃e ille fuerãt ĩpetrate. ſ. veritate tacita. ꝛ ſic nõ valebant. Ex hac decretali nota ꝙ diligẽter forma mandati eſt attendẽda ꝛ intelligenda ante cõtradictõem. Itẽ in lr̃is ꝓ bñficio obtinẽdo fieri dʒ ſemp mẽtio de bñficio alio ſi qd̃ hʒ ille qui ĩpetrat. ꝛ ſi dignus eſt. ꝛ ſi h nõ dicatur. tñ dʒ ſubintelligi. Item q nõ eſt clericus nõ reputat idoneus ad bñficiũ eccleſiaſticũ obtinendũ. Itẽ ſi eſt clericus dʒ ſe clericũ dicere. ſi nõ eſt clericus nõ dʒ ſe clericũ appellare. ſed ſcolarẽ. Itẽ nota ꝙ tacita veritate lr̃e ĩpetrate nõ valent.

Caſus. Inter eccl'iam p̃mõ

**Cauſam.** ſtrateñ. ex vna pte. ꝛ eccl'iaꝫ pramoceñ. ex altera ṽtebat ꝯtrouerſia ſup quibuſdã poſſeſſionib⁹. Cauſa fuit cõmiſſa in hac forma. ſi alterutra ptium legitime citata nõ venerit. vel iudicio cõparere cõtẽpſerit recipiatis ptis p̃ſentis ꝓbatões. et q̃ntũ de iure poteritis in cãe cognitõne ac deciſione ꝓcedatis. Orta fuit dubitatio ſup forma huius reſcripti ex eo ꝙ dicebat ꝙ ſi aliqua ps citata ꝛc. recipiatis ꝓbatões alteri⁹ ptis ꝛ cãm terminetis. Dicebat ꝙ etiã lite nõ ꝯteſtata poterãt recipi teſtes ꝛ ſententia ferri ꝓpter cõtumaciam alteri⁹ ptis. Queſiuerũt iudices a domino papa. quid iuris eſſet. Dicit ꝙ clauſula illa q̃ntũ de iure poteritis. dʒ p̃cedere clauſulam illã de ꝓbationũ receptõe. ꝛ añ illã fuerat inſerenda. Vñ mandat pa. qd̃ illam clauſulã intelligant ibidẽ vbi ab inicio debuerat poni ꝛ in cã iſta iuxta tenorẽ lr̃arum illaꝝ ꝓcedãt. ita tñ qd̃ ſi autoritate illaꝝ lr̃aꝝ legitime i illo negocio eſt ꝓceſſuꝫ ſtabile pſeueret. Si v̓o occaſione illi⁹ clauſule aliqd in p̃iudiciũ ptis alteri⁹ eſt p̃ſumptũ. illud decreuit pa. nõ valere. Ex hac decretali no. ꝙ nõ ſemp eſt forma v̓boꝝ ſequenda. ꝛ h intellige cũ illa forma ſit ꝯ ius cõmune. vt hic. Itẽ ꝓpter formã reſcripti nõ eſt recedendũ a iur cõmuni. niſi ꝯſtet papã aliter voluiſſe. Item ſolũ illud reuocat qd̃ eſt illegitime factũ. Item ſicut cauſa principalis p̃ot cõmitti appellatõne remota. ita ꝛ incidens.

Caſus. Quidã clericus. p. noie obtinuit

**Conſtitutus.** lr̃as a dño papa ad decanũ ꝛ capl'm bituriceñ. vt ipſum recipent in canonicũ ꝛ in fratrem. ꝛ p̃bendã ſi qua vacaret vel ꝓximo vacaturã eidem ꝯferrẽt. ſibi ſup h executoribus deputatis. Sed tñ ex aduerſo bituriceñ. capl'm ſe opponens negociũ ad ſe. ap. eſt delatũ. Corã dño papa. dictus cleric⁹ allegauit p̃dicta. Capl'm ex aduerſo rñdit ꝙ cũ in bituricenſi eccl'ia certus numerus canonicoꝝ ſit inſtitutus ꝛ iuramẽto firmatus ꝛ p ſe. ap. cõfirmatus ꝛ de h dictus. p. in ſuis lr̃is nõ feciſſet mentõem. ptʒ qd̃ veritate tacita lr̃e fuerunt ĩpetrate. Auditis hinc ꝛ inde ꝓpoſitis mãdat pa. ꝙ ſi legitime ꝯſtiterit numeꝝ canonicoꝝ qui nũc eſt in bituricẽſi eccl'ia. p decanũ ꝛ capl'm iuramento firmatũ anteq̃ʒ dictus. p. lr̃as executorias ĩpetraſſet. qcquid factũ eſt p lr̃as ſuas decernat irritũ ꝛ inane. alioqn ſi qua p̃benda vacat in ipſa eccl'ia ſublato appellatõis obſtaculo eidẽ aſſignet. Ex hac decretali nota ꝙ nõ valẽt lr̃e ſup bñficio ĩpetrate niſi fiat mẽtio i eis de certo numero canonicoꝝ firmato iuramẽto ꝛ ꝯfirmatõe apl'ica. Itẽ ꝯſiderat hic tps date lr̃aꝝ.

Caſus. Quidã ĩpetrãt

**Sup litteris.** lr̃as a dño pa. p maliciã Alij p ſimplicitatẽ ſeu ignorantiam tacita veritate vel ſuggeſta falſitate. Quidã dicebant ꝙ tales lr̃e nõ valent. cũ mendax p̃cator carere debeat ĩpetratis. Alij dicebant ꝙ ꝛ ſi forma lr̃aꝝ carere debeãt. nihilominus tñ iudex ꝓcedere dʒ ſm ius cõmune. Dñs pa. diſtinguit inter illos q p fraudeꝫ vel p maliciã. ꝛ illos q p ſimplicitatẽ vl' ignorantiã lr̃as ĩpetrant tacita veritate vel ſuggeſta falſitate. Illi q p maliciã vel fraudẽ falſitatẽ exp̃munt ꝛ ſupprimũt veritatẽ nullũ cõmodũ d' hmõi lr̃is ꝯſequant ita tñ ꝙ poſtq̃ʒ delegato fides ſup h facta fuerit. de cã vlterius nõ ꝯgnoſcat. Inter alios q p ſimplicitatẽ lr̃as impetrarũt tacita veritate vel ſuggeſta falſitate diſtinguit. nã ſi talis v̓itas ſit ſupp̃ſſa vel falſitas ſuggeſta q̃ ſi fuiſſet exp̃ſſa. ſ. veritas. vel tacita. ſ. falſitas. papa ſaltẽ in forma cõmuni cõceſſiſſet lr̃as. delegatus ſm ordinẽ iuris ꝓcedat et nõ ſm formã lr̃aꝝ. Si vero talis falſitas ſit exp̃ſſa vel v̓itas occultata. q̃ ſi fuiſſet tacita vel exp̃ſſa papa nullas lr̃as cõceſſiſſet. delegatus nõ ꝓcedat p illas lr̃as niſi in h vt ptes ꝯuocet ad p̃ſentiã ſuã. ꝛ d' q̃litate p̃cũ cognoſcat. vt ſic in vtroq̃ʒ caſu eadem rõ q̃ delegantẽ moueret moueat ẽt delegatũ ꝛ vbi delegans ſuas lr̃as denegaret delegatus ſuũ officiũ nullatenus interponat. Nota ꝙ qui p maliciã vl' fraudem lr̃as impetrat tacita veritate vel ſuggeſta falſitate lr̃e indiſtincte nõ valent ꝓpter fraudem. et ita dolus ſeu malicia facit ꝙ nulla diſtinctio hic eſt adhibenda. Item q fraudem allegat fraudem ꝓbare debet. Item que p ſimplicitatem fiunt nõ imputant. Iteꝫ ſm qd̃ papa in iudicijs facit. ita ꝛ inferiores iudices facere dñt.

Caſus. Aliquis ĩpetrauit

**Edoceri.** lr̃as appellatõe remota ꝯtra abbatem quendã nulla facta mentõe de ipſius cõuentu. querebat vtꝝ abbas tenebatur rñdere p lr̃as illas ſup cauſa que cõmuniter ptinet ad abbatem ꝛ monachos. ꝛ ſi abbas appellauerit ne cõpellatur rñdere ſup cauſa illa vtꝝ valeat appellatio. Rñdetur ꝙ p appellatõem abbas ſe tueri nõ p̃ot q̃minus autoritate hmõi litteraꝝ rñdere

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

teneat̃. niſi alia cã rõnabili iuueñt. qꝛ abbas ex officio ſuo negocia ſui ꝯuẽtus teneť ꝓcurare. niſi forte abbatis ⁊ ꝯuẽtus negocia eſſent oĩno diſcreta. Nota ꝙ nõ valꝫ appellatio ꝯ vtilitatẽ eccľie interpoſita. Jtẽ nota ꝙ ꝑ lr̃as ꝯ abbatẽ tm̃ ipetratas etiã ſuꝑ cã ꝯuentus põt abbas ꝯueniri. Jtẽ qui cãm hꝫ cũ monaſterio abbatẽ ꝯueniat ⁊ nõ monachos. Jtẽ nota ꝙ ꝑlatꝰ officiũ ſuũ adimplere teneť ⁊ negocia ſue ꝯgregatõis ꝓcurare. Jtẽ nota ꝙ vbi res abbatis ⁊ cõuentus ſunt diuiſe. nõ abbas ſed ꝯuentus põt cõueniri.

Caſus. Uacãte monaſterio heſieñ. due electiones ibidẽ fuerũt celebrate. vna de cuſtode illiꝰ monaſterij. ⁊ alia de. G. moniali ipſius monaſterij.

rent illis ſilentiũ. ⁊ eccleſias illas ipſis ipe
trantibus aſſignẽt. tacita veritate de ꝑmiſ
ſa diſpenſatõe. Archiepũs ꝯſuluit dñm pa-
pam vtꝝ ꝑ lr̃as illas diſpenſatio ſua debe-
at reuocari. Rñdet papa ꝙ ſi ꝑ ꝓores lr̃as
cũ aliquibus diſpenſauit. diſpenſatõem il-
lam nõ vult ꝑ poſteriores lr̃as irritari. In
fine ꝓhibet papa clericos laice donatõnis
intuitu in eccleſiis ſine autoritate epĩ ſui
inſtitui. ⁊ inſtitutos ꝑcipit remoueri.
Nota ꝙ diſpẽſatio ſemel cõceſſa nõ reuo-
cat. Item lr̃e veritate tacita ipetrate nõ
valent. Item nullus debet inſtitui in ec
cleſiis ſine autoritate epiſcopi.

Caſus. Mandat
**Quoniaꝫ ſacris** . papa cantuariẽ. ar
chiepiſcopo ⁊ eius ſuffraganeis quaten⁹
ſi publicũ fuerit patres pſonatum in eccle
ſiis habuiſſe. filios eoꝝ ab eccleſiis illis eti
am ſi eas adepti ſunt excludãt. nec ad eas
vlterius aſſumant. ⁊ ſi hoc publicum eſt.
nec cauſa i iudicio deducat. nec teſtes ad-
mittantur. Nota ꝙ in notorijs ordo
iuris nõ requirit.

Caſus. Dicitur
**Ad extirpandas** . hic ꝙ filij preſbi-
teroꝝ qui eccleſias tenent in quibus pa-
tres eoꝝ nulla perſona media miniſtraue-
runt tanqꝫ perſone vel vicarij ꝑpetui re-
moueantur ab illis. Nota ꝙ filij preſbi-
teroꝝ non poſſunt ſuccedere patribus in
eccleſiis in quibus patres eoꝝ perſone vl'
vicarij fuerunt ꝑpetui. Item media pſo
na purgat viciũ ſucceſſionis.

Caſus. Queſitum fuit a papa
**Ad hec** . vtrũ filij epiſcopoꝝ poſſunt ad
ſacros ordines ꝓmoueri ſi alias digni ſint
Reſpondet papa ſi de legitimo matrimo-
nio ſunt geniti nec aliud ipediat. poſſunt
ad ſacros ordines licite ꝓmoueri. ⁊ in eiſ-
dem eccleſiis in quibus preſunt patres eo
rum beneficiũ obtinere. Nota ꝙ pater
et filius legitimus ſimul poſſunt eſſe in ea
dem eccleſia. Item nota hanc decre. ge
neraliter ꝓ omnibus filijs clericoꝝ de le-
gitimo matrimonio genitis ꝙ poſſunt ad
ſacros ordines ꝓmoueri ⁊ eccleſiaſtica be
neficia habere. nõ ſolum in eccleſiis alijs
ſed etiam in paternis patribus eoꝝ viuis
vel mortuis.

Caſus. Michael preſbiter
**Michael** . ꝓpoſuit coram papa ꝙ ec-
cleſiam ſancti. Io. canonice fuit adeptus.
Sed. n. filius antonij pſbiteri. qui ꝓximo
ante habuit pſonatum ipſius eccleſie aſſe-
rit ad ſe ꝑtinere vicariã eiuſdem eccleſie.
Mandat papa quatenus ſi cõſtiterit di-
ctum. n. filiũ fuiſſe ipſius antonij qui ꝓxi-
mo habuit pſonatum illius eccleſie ſuꝑ vi-
caria ipſius ei ſilentiũ ꝑpetuum imponat.
Nota ꝙ filius ſacerdotis patri ſucce-
dere nõ poteſt tanqꝫ perſona nec tanqꝫ vi
carius in eccleſia ꝑmanere.

Caſus. Quidaꝫ vir ⁊ eius
**Litteras** . vxor cõmuni cõſenſu ꝓmiſe
runt caſtitatẽ ſe ſeruaturos. qua ꝓmiſſa in



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

facie eccleſie vir ꝓmotus fuit poſtmoduꝫ vſqꝫ ad ſacerdotiū. Tandē in ſacerdotio cōſtitutus habuit acceſſum ad vxorē ⁊ ex ea filiū genuit. h. nomine. Iſte. h. deſiderauit a puericia miniſtrare dn̄o in officio clericali. Dicit papa. licet a filijs paterna incōtinentia ſit ꝓpellenda. ſi tamē dign⁹ eſt alias ꝑmittit eū in clericum ordinari ⁊ ad eccleſiaſticū beneficiū ꝓmoueri vnde valeat ſuſtentari. Nota ꝙ natus de vxore legitima habeꝛ̄ ꝓ nō legitimo. ⁊ hoc ideo. qꝛ natus eſt poſt cōtinentiā cōmuni volūtate ꝓmiſſam. ⁊ ita de illicito coitu dici pōt.

Caſus. Filij canonicorum de illegitimo matrimonio nati nō debent canonici fieri vel ꝑbendas habere in eccleſiis in qbus pr̄es eoꝝ ſunt inſtituti. qꝛ impudicū eſt vt nō legitimus filius ipudico patri in altaris officio miniſtret.

**Cum decorē.** Nota ꝙ illegitimus filius nō debet miniſtrare patri in officio altaris

Caſus. In pleriſqꝫ eccleſiis quedā inoleuit corruptela ꝙ filij canonicoꝝ fiebant canonici in eccleſiis ſecularibus in quib⁹ patres eoꝝ erant inſtituti canonici.

**Ad abolendā.** Precipit cōcilium ꝙ canonicoꝝ filij ⁊ maxime ſpurij nō fiant canonici in eccleſiis ſecularibus in quib⁹ patres eoꝝ ſunt inſtituti. et ſi cōtra factū fuerit. nō valeat eoꝝ inſtitutio. ⁊ qui tales canonicare p̄ſumpſerint a beneficijs ſuis ſuſpendanꝛ̄. Nota ꝙ qui canonicant indignos ſuſpēdi debent a bn̄ficijs ſuis ⁊ inſtituti remoueanꝛ̄.

Caſus. Virgilius

**Dilectus filius.** p̄ſbiter habebat qn̄dam eccleſiā curā animaꝝ habentē quam nullo medio habuit pater eius. p̄poſit⁹ ſancte marie ipſum monuit vt eccleſiā ipſaꝫ dimitteret. ipſe v̄o dicebat ꝙ remenſis archiepꝯs apoſtolice ſedis legatus cū eo diſpēſauerat ⁊ ideo eā dimittere nolebat. Prepoſitus ſignificauit h̄ dn̄o pape. Mādat pa. quatenus nō obſtante aliqua diſpenſatōe que a ſe. ap. nō manauit ſtatuat qđ canonicū fuerit ap. re. ipſum ab eccleſia remouēdo. Nota ꝙ ſolus papa cū filijs ſacerdotū pōt diſpenſare vt poſſint miniſtrare i eccleſiis in quib⁹ patres eoꝝ habuerūt ꝑſonatū ſiue curā animaꝝ nullo medio.

Caſus. In ꝓuincia turoñ. filij ſacerdotū ⁊ alij nō legitime nati ꝓmouebanꝛ̄ ad dignitates ⁊ ꝑſonat⁹ et ad alia bn̄ficia curā animaꝝ habentia ſine diſpenſatōe apoſtolice ſedis.

**Nimis.** Vn̄ mandat pa. archiep̄o turoñ. quatenus p̄dictos oēs remoueat a dignitatibus. ꝑſonatibus et huiuſmodi bn̄ficijs curā animaꝝ habentibus ⁊ illa ꝑſonis idoneis cōferri faciat ꝑ illos ad quos collatio ipſoꝝ noſciꝛ̄ ꝑtinere p̄cipiens ne id de cetero attēptare preſumant. Nota ꝙ ſolus papa pōt diſpēſare cum filijs ſacerdotū vt ad dignitates ⁊ curam animaꝝ poſſint ꝓmoueri.

## De ſeruis nō ordinandis ⁊ eoꝛuꝫ manumiſſione.

### Titulus. xviij.

Caſus. Diciꝛ̄ ꝙ nō debet ordinari ſeruus niſi primo fuerit abſolute manumiſſus. qꝛ qđ vituꝑari poterit p̄cauendū eſt. h̄ habes. liiij. di. ꝑ totū.

**Inſtruendi.** Nota v̄bum illud qđ infirmari vel vituꝑari pōt p̄caueri debet.

Caſus. Statuit cōcilium toletanū. vt nullus epiſcopoꝝ de cetero ꝓmoueat ſeruos ad ſacros ordines nec etiā ad minores. niſi p̄us a dominis libertatem fuerint cōſecuti. et ſi aliqs ſeruus fugiat dn̄m ſuum ⁊ fraudulenter ad gradus eccleſiaſticos ꝓmotus fuerit deponaꝛ̄. ⁊ dn̄s eius eum recipiat.

**De ſeruoꝝ.** Nota ꝙ ſerui ꝓmoueri nō debent ſine licentia dominoꝝ ſuoꝝ. Item qui ordinaꝛ̄ ſine manumiſſione ignorante dn̄o vel ꝯtradicente deponēdus eſt. Item licet aliquis fuerit in poſſeſſione libertatis eam amittit.

Caſus. Statuit cōcilium toletanū. ꝙ eccleſia poſſit cōſtituere p̄ſbiteros ⁊ diaconos ꝑ pro chias de ſeruis ſuis. ita tn̄ ꝙ primo accipiant libertatē ⁊ quicquid illi poſtmodū acquiſierunt vl' eis datū fuerit ad extraneas ꝑſonas nō tranſmittant. ſed oīa poſt obitū ſuū ad ius eccleſie a q̄ manumiſſi ſunt debeant ꝑtinere. qbus accuſandi vel teſtificādi aduerſus eccleſiā oīs aditus p̄cludaꝛ̄. ſicut ⁊ ceteris libertis. ad qđ ſi aſpirauerint et libertatē amittāt ⁊ honorē ordinis quē nō dignitate nature ſed tempis neceſſitate meruerūt.

**De famulis.** Nota ꝙ liberti dn̄m ſuū accuſare nō poſſunt. vel cōtra ipſum teſtificari ſine venia.

Caſus. Si aliquis ſeruū ſuū donauerit libertati. ⁊ cū fecerit in preſbiteruꝫ ordinari. ⁊ ille poſtea in ſuꝑbiam elatus dn̄o ſuo noluerit canonicas horas celebrare. accuſeꝛ̄ apud epiſcopū ſuum ⁊ degradeꝛ̄.

**Nullus.** Nota in manumiſſo operas ſpūales dominū poſſe retinere.

Item nota aliquē ꝓpter ingratitudinē ad priſtinū ſtatū reducendū.

Caſus. Diciꝛ̄ in hoc canone ꝙ epiſcop⁹ nō ordinet ſeruos vel ſpurios. quoniā in cōſecratione cuilibet epiſcopoꝝ diciꝛ̄. Vide ne quēlibet ſeruilis cōditionis p̄ſumas ad ordines ꝓmouere.

**Conſuluit.** Nota ꝙ ſeruus vel ſpurius ordinari nō dꝫ.

Caſus. Aliquis ſeruus eccleſie filiū ſuū obtulit ipſi eccleſie a qua libertatē fuit aſſecutus vt in ipſa eccleſia dn̄o debeat deſeruire in ordine clericali. Queriꝛ̄ vtꝝ poſt aliquod tꝑs poſſit eccleſiā illā dimittere et ad aliam ſe trāſferre. Papa hic diſtinguit vtꝝ eo tenore fuerit manumiſſus ⁊ oblat⁹ ordini clericali vt in ea dū vixerit debeat deſeruire in diuinis officijs ⁊ tūc ad aliam eccleſiā ſe tranſferre nō poteſt vel vtꝝ abſolute fuerit manumiſſus. ⁊ tunc p̄t licite ad aliā ſe tranſferre.

**Eo libentius.** Nota ꝙ libertas datur ſub cōditione vel tenore ⁊ tūc ille cōpelliꝛ̄ cōditionem ſeruare.

Caſus. Aliquādo ſerui ordinanꝛ̄ ſine licentia dominoꝝ ſuoꝝ. Queſitū fuit a papa qualiter iſti ſic ordinati debeāt in ſeruitutē vel nō debeāt reuocari.

**Miramur.** Papa miraꝛ̄ de hac queſtione cū certum ſit in canonibus qn̄o debeant vel nō debeant in ſeruitutē reuocari. Veruntn̄ de ordine ſubdiaconali. cū d̄ eo nulla fiat mētio in decretis. dicit ꝙ ille ordo eodē priuilegio gaudet cū diaconali. qꝛ licet olim nō reputareꝛ̄ ſacer in eccleſia primitiua. tn̄ a temꝑe greḡ. ⁊ vrbani ſcđm moderna temꝑa ſacer reputaꝛ̄. Nota ꝙ ſubdiaconatus ⁊ diaconatus ſimili priuilegio gaudent.

Caſus. Iohānes miles impediebat. g. diaconū ne ordinareꝛ̄ in p̄ſbiteꝝ ea occaſiōe qꝛ dicebat patrē ipſius diaconi hominē ſuū eſſe qꝫuis mater ipſius libera eſſet. Vnde ille diaconus hoc ꝓpoſuit corā papa.

**Dilectus.** Vn̄ mandat papa archiep̄o neapol'. q̄tenus ſi p̄dicta vera ſunt ipſum militē cōpeſcat ab huiuſmodi ipedimento. Nota ꝙ filius ſequiꝛ̄ cōditionem libere matris.

## De obligatis ad ratiocinia ordinandis vel nō. Titulus. xix.

Caſus. Epꝯs auguſteñ. queſiuit in cōcilio vtꝝ ꝓcuratores actores executores ⁊ tutores pupilloꝝ ſeu curatores debeāt ordinari.

**Magnus epiſcopus.** Gratus epꝯs rn̄dit. ꝙ poſt officia ſua depoſita ⁊ reddita ratōe ſui officij poſſunt ordinari dūmodo alias digni inuenti fuerint. ſed nō anteq̄ꝫ liberati ſint ab officijs ſuis. qꝛ eccleſia infamatur cū poſtea cōueniunꝛ̄ ſuꝑ officijs ſuis. Omnes dixerūt. Recte rn̄dit ſanctitas veſtra. et ita eſt noſtra ſentētia. Nota ꝙ ordinandi liberi debēt eſſe nō ſolū a ſeruitute ſed etiā ab officijs ſecularibus.

## De corpore viciatis ordinandis vel non. Titulus. xx

Caſus. Quidam p̄ſbiter obtulit duellū cuidā aduerſario ſuo ⁊ oblatum ab eo ſuſcepit. Preſbiter in illo duello ꝑtē digiti amiſit. Querebaꝛ̄ vtꝝ poſſet celebrare in ordine ſacerdotis.

**E p̄ſbitero.** Rn̄dit pa. ꝙ cū ipſe nō amiſit tm̄ de digito qn bn̄ poſſet ſine ſcādalo celebrare. poſt pactaꝫ pn̄iam ſatis poterit cū eo miſericorditer diſpēſari vt i ordine ſuo miniſtret. Nota caſum in quo ep̄s poteſt diſpenſare.





VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Caſus. Quidā electus
**Cum de tua.** fuit in epm̄. Oppone⸗
baꝛ ſibi ꝙ habebat maculā in oculo ⁊ ꝙ
nō erat legitimus. Mādat pa. ꝙ diſpēſeꝛ
cū eo in vtroqꝫ. Nota ꝙ enorme dam⸗
nū corporis ipedit ꝓmouendū.

Caſus. Quidā monachus
**Ex parte.** bartho. noīe in cunabul' ſe
ctus fuit. Poſtmodū fuit ordinatus ī dia
conū. queriꝛ an poſſit vlterius ad maiores
ordines ꝓmoueri. Rn̄det pa. ꝙ nicenū cō
ciliū ꝓhibet illos ad ordīes ꝓmoueri. ⁊ ſi
ꝓmoti ſunt debēt deijci q ſeipſos abſcide
rūt vel affectauerūt vt ab alijs abſciderenꝛ
dū tn̄ ſani erāt. ſed q in cunabulis ſecti ſūt
bn̄ poſſunt ꝓmoueri. qꝛ cū iudiciū aī nō ha
beāt: affectare nō poſſunt vt ab alijs abſci
danꝛ. Et ī canonibꝰ apl'oꝝ legiꝛ ꝙ ſi qs ꝑ
īſidias eunuchus factꝰ ſit vel ita natꝰ vl' in
ꝑſecutōe ei virilia amputata ſūt. ſi alias di
gnus eſt p̄t fieri ep̄s. No. ꝙ nō pōt ꝓ
moueri q ſe abſcidit. Itē qui nolēs vl'
ignorāter abſcidiꝛ ꝓmoueri pōt.

Caſus. Quidā p̄ſbiter
**Significauit** credēs ſe obſequiū p̄ſta
re deo fecit ſibi amputari virilia. Diciꝛ ꝙ
ſi dignꝰ ē alias diſpēſari p̄t vt in officio ſa⸗
cerdotis p̄ter officiū miſſe miſtret. No⸗
ta qui ſe abſcidit ꝓmoueri nō poteſt.

Caſus. Quidā p̄ſbiter ſen
**Ex parte.** tiēs ſibi lepre ꝑiculū imine⸗
re fecit ſibi p̄ſcidi virilia. Queriꝛ an poſſit
ī ı officio ſuo miſtrare. Rn̄det pa. ꝙ ſi ita ē
et alias idoneus eſt. exequēdi officiū ſuū li
berā habeat poteſtatē. No. ꝙ ſi aliquis
abſciderit ſeipſū iuſta de cā. nō efficiꝛ irre⸗
gularis. nec eius ꝓmotio vl' officiū ipediꝛ

Caſus. Quidā ꝓmotꝰ
**Expoſuiſti.** fuit in abbatē q carebat
altera manu. ꝯſultus pa. rn̄dit ꝙ cū ipſe ꝓ
tāto defectu nō poſſit ad ſacros ordīes ꝓ
moueri. ⁊ ipſe h̄ tacuerit ī ſua ꝓmotōe ab
officio abbatie dꝫ ꝑpetuo rmoueri. No.
ꝙ abbas ad ſacros ordines ꝓmoueri dꝫ.

Caſus. Thomaſ monachꝰ
**Thomas.** dū eſſet ī annis puerilibꝰ cō
ſtitutus. q̄dā barra ferrea caſu fortuitu ce
cidit ſuꝑ pollicē dextre manus ipſiꝰ. ita ꝙ
vngulā auulſit ab eo. dubitabaꝛ vtꝝ poſſet
ad ſacerdotiū ꝓmoueri. Rn̄dit pa. ꝙ ſi po
tēs eſt in ipſo pollice ad frāgendū eukari⸗
ſtiā. ⁊ aliud canonicū nō obſiſtat ꝓpt̄ talē
deformitatē. nō dꝫ ipediri q̊minus poſſit
ad ſacerdotiū ꝓmoueri. Nota ꝙ ꝑua de
formitas nō ipedit ꝓmotōeꝫ.

De bigamis nō ordinādis. Ti. xxi.

Caſus. Biga⸗
**A bigami.** mi ⁊ ſolenniter
penitētes ⁊ mariti repudiataꝝ
ad ſacerdotiū ꝓmoueri nō p̄n̄t
vt h̄ diciꝛ. Nota ꝙ bigamia ⁊ ſolennis
penitentia ipediunt ꝓmotōem.

Caſus. Quidā bigami ꝓ⸗
**Super eo.** moti fuerūt ad ſacros ordi
nes. querebaꝛ an deberēt ī ſuis ordinibus
miſtrare. Rn̄det pa. ꝙ ordiatores eoꝝ pri
uādi ſunt ptāte ordinādi ⁊ ordinati ad ſa⸗
cros ordīes nō debēt ī ipſis ordinibꝰ rema
nere qꝛ ꝯtra apl'm cū bigamis diſpēſare nō
lꝫ. tn̄ cū ordinatoribꝰ diſpēſari pōt. vt ptāte
ordinandi nō priuenꝛ. Nota ꝙ ep̄s cū
bigamis diſpenſare nō poteſt.

Caſus. De p̄ſbiteris
**De bigamis.** bigamis ⁊ viduaꝝ ma⸗
ritis idē ius eſt q̄ntū ad ꝓmotōem. qꝛ ꝯtra
apl'm ordinari nō debēt. No. ꝙ bigamꝰ
eſt ipſo iure ſuſpēſus a diuinis officijs.

Caſus. Quidā dū erant in lai
**Nuper.** cali ordine ꝯſtituti cōtraxerūt
matrimoniū. poſtmodū mortuis vxoribus
facti ſūt clerici. ꝓmoti ſūt ad ſacros ordīes
demū ꝯtraxerūt ſcd̓a mr̄ionia. Queriꝛ vtꝝ
cū talibꝰ clericis q taliter cōtraxerūt poſſit
diſpēſari vt ī ordinibꝰ ſuis remaneāt vl' ad
ſuꝑiores ordines poſſint ꝓmoueri. Et pri
mo oſtēdit ꝙ tales bigami ſint iudicandi.
In mr̄onijs eīn ꝯtrahēdis nō attendiꝛ iu
ris effectꝰ ſed animi d̓ſtinatio. Un̄ q duas
hꝫ ſimul' vxores iſamia notaꝛ qd̓ ꝑtim ad fa
ctū ꝯuenit retorq̄ri. ſicut legiꝛ de p̄ſbitero
q ꝯtraxit mr̄oniū q ꝓpter h̄ nō legalibus
nuptijs d̓r detineri. qd̓ ad factū referꝛ nō
ad ius. eadem rōe tales de qbus eſt queſi⸗
tū debent inter bigamos reputari. Incō⸗
trariū videꝛ ꝙ nō ſint bigami reputādi cū
opinioni ſit v̓itas p̄ferēda. ſi dicamꝰ iſtos
bigamos. ſm̄ hoc ſequiꝛ ꝙ ille qui nullā ha
buit vxorē eſſet bigamus reputādus. vt ſi
qs de facto ꝯtraheret cū diuerſis cū qbus
d̓ iure nō poſſet ꝯtrahere. Rn̄det pa. ꝙ cū
hmōi clericis tanq̄ꝫ cū bigamis diſpenſari
nō pōt lꝫ in veritate bigami nō exiſtāt. nō
ꝓpter ſacramēti defectū ſed ꝓpter affectū
intentōis cū ope ſubſecuto qꝛ q̄ntū ī ipſis
fuit ſcd̓a matrimonia cōtraxerūt. Nota
ꝙ infamis d̓r q ſimul hꝫ duas vxores.
Itē nota ꝙ opinioni veritas p̄ferꝛ. Itē
reputaꝛ bigamus q bigamꝰ nō eſt quo ad
ꝓmotōem. Item voluntas ſine effectu
puniꝛ. quia ꝓceſſit ad factū.

Caſus. Mulier aliqua cō
**Debitum** traxit matrimoniū cū aliq̊ ⁊
ab eo fuit traducta. tandē ea incognita ⁊ ī
tacta vir mortuus eſt. quidā alius cōtraxit
cum illa. que poſtmodū mortua eſt. queſi⸗
tū fuit an vir iſte poſſit ad ſacerdotiū ꝓmo
ueri. ⁊ videbaꝛ ꝙ nō. quia fuit maritus vi⸗
due ⁊ tales ꝓmoueri non poſſunt. Rn̄dit
pa. ꝙ duo ſunt in ꝯiugio carnali copula cō
ſummato. ſcꝫ ꝯſenſus aīoꝝ. ⁊ cōmixtio cor
poꝝ. Cōiunctio aīoꝝ ſignificat caritatē q̄
cōſiſtit in ſpū inter deū ⁊ iuſtā aīam. Und̓
dicit apl's. Qui adheret deo vnus ſpūs ē
cū illo. Cōmixtio corpoꝝ ſignificat ꝯformi
tatē diuine ⁊ humane nature q̄ ꝯſiſtit ī car
ne inter chriſtū ⁊ eccīam. Un̄ dicit euāge.
Uerbū caro factū eſt. Sed illud ꝯiugiū qd̓
nō eſt carnali copula ꝯſummatū nō ꝑtinet
ad illud ꝯiugiū deſignandū qd̓ int̓ chriſtū
et eccīam eſt ꝯtractū ꝑ incarnatōis miſte⸗
riū. ſm̄ qd̓ apoſtolꝰ exponēs v̓ba illa primi
ꝑentis. h̄ nunc os ex oſſibꝰ meis ⁊ caro de
carne mea ⁊c. ſtatiꝫ ſubiūxit. h̄ aūt dico ma
gnū ſacr̄m ī chriſto ⁊ eccleſia. His p̄miſſis
dicit pa. ꝙ ꝓpter ſacramēti defectū inhibi
tū eſt ne bigamꝰ aut vidue maritꝰ poſſit ad
ſacros ordines ꝓmoueri. qꝛ nec illa ē vna
vnius. nec iſte eſt vnus vniꝰ. Sic ergo ptꝫ
ꝙ vbi inter ꝯiuges deficit cōmixtio corpo
rū. ibi nō deeſt ſignaculū hmōi ſacramenti
Un̄ ſoluo tibi queſtionē ꝓpoſitā. Ille qui
mulierē ab alio viro ductā. ſed nō cognitā
duxit vxoreꝫ. ꝓpter hoc ipediri nō debet
qn poſſit ad ſacerdotiū ꝓmoueri. qꝛ nec il
le nec illa diuiſit carnē ſuam in plures.
Nota ꝙ defectus ſacramenti eſt cā quare
bigamus vel maritus vidue corrupte ad
ſacros ordines nō poſſit ꝓmoueri. ⁊ ita nō
crimē ſed irregularitas hoc facit.

Caſus. Preſbiteri ha⸗
**Quia circa.** bent plures cōcubinas.
queriꝛ vtꝝ bigami ſint cenſendi. Rn̄det ꝙ
ꝓpter hoc nō incurrūt irregularitatē biga
mie. Un̄ cū talibus tanq̄ꝫ cū fornicarijs po
terit ep̄s diſpēſare vt ſuū officiū exequanꝛ
Nota ꝙ plures habens cōcubinas irre
gularitatē nō incurrit. Itē nota mirabi⸗
le ꝙ cū eo qui peccat diſpenſaꝛ ⁊ cū illo q
nō peccat nō diſpenſatur.

Caſus. Quidā ſubdiaconꝰ
**A nobis.** quandā viduā de facto dux
it in vxorē. qꝛ de iure nō potuit. queriꝛ vtꝝ
bigamus reputeꝛ quo ad legē ꝓmotōnis.
Rn̄det papa ꝙ in veritate nō eſt bigamus
nec maritus vidue. cū inter ipſos nō fue⸗
rit matrimoniū. Ueruntn̄ cū eo tanq̄ꝫ cum
marito vidue nō poterit diſpenſari. nō ꝓ⸗
pter ſacramenti defectū ſed ꝓpter affectū
intentionis cū opere ſubſecuto. Ex hac
decre. nota ꝙ bigamus reputatur quo ad
ꝓmotōem qui bigamus nō eſt. Item no
ta ꝙ volūtas ſine effectu puniꝛ. quia ꝓ⸗
ceſſit ad actum.

De clericis peregrinis. Ti. xxij.

Caſuſ. Clerici q̄n
**Ua nos.** qꝫ ſe tranſferūt ad
remotas ꝑtes ⁊ dicūt ſe ordi⸗
natos nec oſtendūt lr̄as eoꝝ a
qbus ſe ordinatos dicūt. Queriꝛ quid de
talibus ſit agendū. Rn̄det pa. ꝙ tutius eſt
in his ſtatuta patꝝ ſequi q̄ꝫ nouū aliud ſta
tuatur. De tranſmarinis ſtatutū eſt. vt ad
minus quinqꝫ ep̄oꝝ teſtimonio ſuꝑ ordi⸗
natione ſua munianꝛ. qd̓ de alijs incogni⸗
tis ſimiliter eſt ſeruandū. ita vt aliquāto tē
pore habeanꝛ in ſuſpenſo. in quo de ipſoꝝ
actibus inſtruanꝛ illi cū quibus morantur
et inquirendū eſt etiā de inferioribus ordi
nibus qꝛ poſſet eſſe ꝙ aliquē p̄termiſiſſent
His ꝯſideratis poterūt admitti ad diuina
ſi alias digni inuēti fuerint. No. ꝙ non





VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſtatiꝫ credendū eſt alicui ſuꝑ oꝛdinatōe ſua
Item nota ꝙ ingrendū eſt de ꝯuerſatōe
alicuius ab illis cū quibus moꝛat̃.

Caſus. Clerici a
**Inter quattuoꝛ**. liq̄ñ trāſſerūt ſe ad
ꝑtes ꝯſtantinopolitanas. accedūt ad patri
arcbā ſine lr̃is ſuoꝝ oꝛdinatoꝝ. tñ offerūt
iuramentū ꝙ ſunt i certis oꝛdinibꝰ ꝯſtituti
et petūt ad ſuꝑioꝛes oꝛdines ꝓmoueri. q̄
rit̃ qd iuris ſit. Rñdet̃ ꝙ niſi primo ꝯſtite
rit patriarche ꝑ idonea argumēta ꝺ̄ ipſoꝝ
oꝛdinatōe canonica nō dꝫ illos ſuſcipe i il
lis oꝛdinibꝰ nec ad ſuꝑioꝛes ꝓmouere añ
q̄ꝫ eoꝝ cōuerſatio fuerit appꝛobata. No
ta ꝙ iuramentū ignoti nō admittit̃ ſuꝑ ſua
oꝛdinatione. ſed hoc ideo eſt ne illi quibus
celebꝛant decipiantur.

Caſus. Clerici a
**Tue fraternitati** liq̄ñ accedūt ad ꝑ
tes hieroſolimitanas ſine cōmendaticijs
lr̃is ſuoꝝ ep̄oꝝ. queſiuit patriarcha an per
mittere debeat illos celebꝛare diuina. Rñ
dit papa ꝙ niſi ꝯſtiterit ei ſiue ꝑ lr̃as ſiue ꝑ
teſtes ꝺ̄ canonica oꝛdinatōe ipſoꝝ q igno
ti ſunt nō ꝑmittat illos ſuis plebibus cele
bꝛare. ſed ſi ſecreto voluerint celebꝛare ꝑ
mittant̃. Nota ꝙ alicui lꝫ in ſecreto qꝺ̄
nō licet i publico ⁊ h̄ eſt ne decipiat̃ ppl̃s.

Caſus. Quidā p̄lati eccle
**Te nobis**. ſiaꝝ de iuriſdictōne ep̄i re
giñ. ſine ꝯſciētia ipſius ep̄i clericos de alie
nis ep̄atibꝰ inſtituebāt in eccleſiis ſibi cō
miſſis. q̄ſiuit ep̄s a pa. qd iuris eſſet ꝺ̄ illis
clericis. Rñdet pa. ꝙ illud eis nō liceat cū
ſit ꝯtrariū honeſtati ⁊ ꝯtra inſtitutōes ſan
ctoꝝ patꝝ. ⁊ ideo pōt inde eos remouere
niſi ex diſpēſatōe eos duxerit dimittēdos
Nota clericos inſtituēdos i eccleſiis ꝺ̄
eodē loco vl̃ de eadē dioc. ⁊ ñ extraneos.

De officio archidiaconi.
Titulus. xxiij.

Caſus.
**Tarchidiaconus**. ſus.
Dicit̃ h̄ ꝙ archidiac. eſt vicari
us ep̄i in oībus q̄ ad eū ꝑtinēt. ſi
militer ⁊ cāe clericoꝝ ⁊ in vrbe ⁊ extra vr
bē ad ipſū ꝑtinēt ⁊ ꝯuerſatio eoꝝ ⁊ honoꝛ
⁊ reſtauratio eccīaꝝ ⁊ doctrīa eccīaſticoꝝ
et coꝛrectio exceſſuū. Itē de triēnio in
triennīū cū ep̄s fuerit īpeditus dꝫ totā vi
ſitare dioceſim ⁊ ad vicē ſui ep̄i coꝛrigere
coꝛrigēda. No. ꝙ archid. eſt vicariꝰ ep̄i
et p̄t coꝛrigere. Vñ infert̃ ꝙ hꝫ coꝛrectōeꝫ
qꝺ̄ veꝝ eſt de ꝯſuetudine p̄ſcripta.

Caſus. Dicit̃ h̄ ꝙ ad offi
**Officium**. ciū archid. ꝑtinet legere e
uāgeliū qñ voluerit vl̃ p̄cipe alicui diaco
no ꝙ legat. Et qñ ep̄s dꝫ miſſam celebꝛat̃
p̄cipe dꝫ ſacerdotibus vt induāt ſe veſtibꝰ
ſacris vt ep̄o miſtrēt. Itē in matrici eccle
ſia nullus dꝫ legere euangeliū aut epiſtolā
aut lectōeꝫ aut rñſoꝛiū cātare. donec p̄mo
ab ipſo auſcultet̃. Debet etiā oꝛdiare aco
litos qs eoꝝ debeat deferre candelabꝝ et
qs thuribulū. No. ꝙ ad officiū archid.
ꝑtinet euāgeliū legere ⁊ officia eccleſie or
dinare. ⁊ illos qui legere vel cātare debēt
in matrici eccleſia auſcultare.

Caſus. Archid. ſalermitanus
**Ea que**. habuit cuſtodiā vaſoꝝ ⁊ alioꝝ
oꝛnamētoꝝ eccīe. Archiep̄s ſalermitanus
ſig̃ficauit dño pa. ꝙ archid. negligēs erat
circa p̄dicta cuſtodiēda. Suꝑ h̄ ſcribit pa.
archid. dicēs ꝙ diſtricte ingret ab ipſo de
vaſis eccīe q̄ illic collecta ſunt. q̄liter cuſto
diunt̃ ⁊ ſi aliqd ex eis vl̃ negligētia l̃ frau
de ipſiꝰ ꝑierit ipſe i h̄ punit̃. ⁊ tenebit̃ ad
reſtitutōꝫ ipſoꝝ cū ipſe ad h̄ ex officio tene
at̃. No. i p̄lato negligētiā ⁊ fraudē cōpari.

Caſus. Archid. elieñ. ſi
**Cum ſatis**. ne licētia ep̄i ſui cōmitte
bat curā aīaꝝ dicēs h̄ ex ꝯſuetudine ſibi li
cere. Ep̄s cōqueſtus fuit pape de h̄. Dicit
pa. ꝙ obtētu alicuius ꝯſuetudinis nō dꝫ fa
cere ꝯtra inſtitutōes ſcōꝝ patꝝ. Vñ p̄cipit
ei ꝙ nulli cōmittat curā aīaꝝ ſine licētia et
mādato ſui ep̄i. Nota ꝙ ad ep̄m ꝑtinet
cōmittere curā aīaꝝ nō obſtante ꝯſuetudi
ne que p̄ſcripta nō ſit.

Caſus. Archid.
**Archidiaconis**. de iure cōmuni nō
poſſunt in aliquos ſententiā ꝓmulgare ni
ſi auctoꝛitate ep̄oꝝ. ſecus tñ eſt de ꝯſuetu
dine. Nota ꝙ archidiaconi de iure cōi
nō p̄ñt excōicare niſi autoꝛitate ep̄oꝝ.



Caſus. Dicit̃ hic ꝙ ſe
**Mādamus**. mel tm̄ in anno debꝫ ar
chid. viſitare niſi neceſſitas exigat ꝙ pluri
es viſitet. Nota ꝙ archid. nō hꝫ pluries
in anno viſitare niſi ex cā rōnabili.

Caſus. Queſitū fuit a pa. qd
**Ad hoc** ꝑtineat ad officiū archid. ⁊ in
qbus ꝑ ipſum cura ep̄alis ſolicitudinis re
leuet̃. Rñdit pa. ſm̄ ſtatuta iſidoꝛi archidi.
īperat ſubdiaconibus ⁊ leuitis. ſolicitudo
ꝑrochiaꝝ ⁊ oꝛdinatio earūdē ꝑtinet ad ip
ſum. audiri dꝫ iurgia ſinguloꝝ. archip̄ſb̄ri
rurales q decani vocant̃ ſubiacere debent
eidē. Itē ſm̄ ꝯſtitutōeꝫ romani oꝛdinis ma
ioꝛ poſt ep̄m ⁊ eius vicariꝰ repit̃. Item in
epiſtola beati clemētis pape oculꝰ ep̄i noī
nat̃ ⁊ loco ipſius ꝑ ep̄atū coꝛrigit coꝛrigē
da ⁊ emēdēda emēdat. niſi adeo ardua fue
rint negocia ꝙ abſqꝫ maioꝛis ſui p̄ſentia
nequeāt terminari. Itē in quadā ꝯſtitutōe
innoceñ. ꝯtinet̃ ꝙ ad ipſum ꝑtinet inſtitu
tio coꝛꝑalis tā in bñficijs q̄ꝫ in dig̃tatibus
et examinatio clericoꝝ q ad oꝛdines ꝓmo
uent̃ ad ipſum ꝑtinēt. ⁊ ipſe dꝫ eos ep̄o p̄
ſentare. Queſitū fuit inſuꝑ vtꝝ decani
rurales q ꝓ tꝑe inſtituunt̃ debeāt ad man
datū ep̄i vel archidiaconi vl̃ etiā vtriuſqꝫ
inſtitui vl̃ deſtitui ſi fuerint amouēdi. Ad
h̄ rñdet pa. qꝺ̄ oēs tāgit ab oībꝰ dꝫ appꝛo
bari ⁊ ipſi decani cōe officiū vtriuſqꝫ exer
cēt. ⁊ iꝺ̄ cōiter eligēdi ſunt vl̃ etiā amouē
di. Nota in qbus de iure cōmuni ꝯſiſtit
officiū archidiaconi. Itē nota ꝙ iperat
ſubdiaconibꝰ ⁊ leuitis. Itē ſolicitudo et
oꝛdinatio ꝑrochiaꝝ ꝑtinet ad ipſuꝫ. Itē
audire dꝫ cās ſinguloꝝ. Itē decani rura
les ſubſunt ei. Itē maioꝛ eſt pꝰ ep̄m ⁊ eꝰ
vicarius. Itē dꝛ oculus ep̄i. ⁊ loco ipſiꝰ
coꝛrigit exceſſus ſubditoꝝ. Itē inſtitutō
coꝛꝑalis in bñficijs ⁊ dig̃tatibꝰ ad ipſum ꝑ
tinet. Itē examinatio clericoꝝ q ad oꝛdi
nes ꝓmouent̃ ad ipſum ꝑtinet ⁊ eos debꝫ
epiſcopo p̄ſentare. Itē nota qꝺ̄ omnes
tangit ab oībus appꝛobari debet.

Caſus. Archidiaconꝰ ſi
**Significaſti** ne ꝯſcientia ep̄i ſui ⁊ au
toꝛitate lr̃as ſuas ꝓmouēdis nō cōcedat.
et oꝛdinādi ꝑ lr̃as archidiaconi ꝓmoueri
nō debēt. qꝺ̄ ſi fecerint. ep̄s interdicat eis ex
ecutōem oꝛdinū taliter ſuſceptoꝝ. No
ta ꝙ archidiac̃. nō poteſt dare lr̃as cōmen
daticias ꝓmouendis.

Caſus. De iure cō
**Ut noſtrum**. muni ad archid. ꝑtinꝫ
rep̄ſentare oꝛdinādos ep̄o. ⁊ illos examia
re. ponere abbates ⁊ abbatiſſas i ſede.
Nota de iure cōmuni p̄ſentatio oꝛdinādo
rū ⁊ eoꝝ examinatio ⁊ abbatū ⁊ abbatiſſa
rū inſtallatio ꝑtinēt ad archidiaconatū.

Caſus. Archid. ſenoñ.
**Dilecto filio** cōquerebat̃ ꝙ abbas et
cōuentus monaſterij ſancti petri ſenoñ. de
negabāt ſibi exhibere annuā ꝓcuratōnem
et alia quedā rōne ſui archidiaconatus ad
ipſum ſpectātia. Cauſa ad ipſius archid.
petitōem cōmiſſa fuit abbati ſancti criſpi
ni ⁊ quibuſdā alijs. Coꝛā quibꝰ petijt idē
archid. vt abbas ⁊ monachi ſibi obedirent
in his que ꝑtinent ad iuriſdictōem. coꝛre
ctōem ⁊ viſitationem. ſpectantes ad ius ar
chidiaconale. cum monaſteriū ipſum ſit ſi
tum infra terminos ſui archidiaconatus.
videlicet vt coꝛā ſe reſponderent cōquerē
tibus de ipſis. ⁊ citati venirent ad p̄ſentiā
ſuam. ⁊ eius mādata honeſta audituri ſal
ua regula ſua ⁊ abbatis ſui diſciplina. Pe
tijt inſuꝑ ne de cetero facerent aliquos de
ſenoñ. balliuia eo p̄termiſſo coꝛaꝫ officiali
archiep̄i ſenoñ. cōueniri dicēs ꝙ pꝛius cō
ueniri deberēt ſub ipſo q̄ꝫ coꝛā officiali ar
chiep̄i. exceptis ſpēalibus cauſis ipſius ar
chiep̄i ⁊ hominū ⁊ familie ſue. Lite vero
ſuꝑ p̄dictis cōteſt. iudices de cōſenſu vtri
uſqꝫ ꝑtis remiſerunt cām ad ſe. ap. Sed qꝛ
papa neſciebat cōſuetudinē qua vtit̃ archi
diac̃. ſenoñ. i alijs abbatijs ſenoñ. oꝛdinis
p̄fati monaſterij. nō potuit ꝓferre ſenten
tiam. cōmiſit cauſam iudicibus p̄ſentibus
mandans eiſdē quatenus ſuꝑ his veritatē
inquirant ꝑ canonicos ſenoñ. qui de hmōi
cōſuetudine debent habere noticiā plenio
rem. ⁊ niſi cōſtiterit eis p̄dictū archid. vel
eius añceſſoꝛes de ꝯſuetudine pacifica ſic
obtēta iuriſdictōem aliq̄ꝫ i ipſo monaſterio
vel in hmōi abbatijs hactenꝰ habuiſſe p̄fa
tū monaſteriū abſoluāt ab īpetitōe archid.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

ſibi ſuꝑ h̄ ꝑpetuū ſilentiū īponendo. Si vō ꝑ eoſdē canonicos ꝯſtiterit de p̄miſſis. eādem iuriſdictōem dūtaxat adiudicēt archidiacono in monaſterio ſupdicto. quā ipſū vl' anceſſores in ipſo monaſterio vel i alijs abbatijs ꝯſtiterit habuiſſe. ſuꝑ alijs ſilētiū īponētes eidē. Nota ꝙ iuriſdictio archidiac. ex ꝯſuetudine ī multis ꝯſiſtit vt h̄ ptꝫ de iure cōi ꝯſiſtit in his q̄ dicunt̄ ſupra eodē ad h̄. ⁊. c. vt noſtꝝ. Itē vitas ſemꝑ eſt ingrenda ꝑ illos de qbus magis viſimile ē ꝙ eā debeant ſcire. Itē recurrendū eſt ad ꝯſuetudinē aliaꝝ eccleſiaꝝ. Itē eadē ꝯſuetudo dꝫ obſeruari in vna eccleſia q̄ ob ſeruat̄ in alijs eiuſdem ordinis.

De officio archip̄ſbiteri. Ti. xxiiij.

Casus. Dicit̄ hic ꝙ archip̄ſbr debꝫ ſub eſſe archid̄. ⁊ ei ſicut ep̄o obedire. ⁊ alioꝝ p̄ſbroꝝ curā agere dꝫ. ⁊ i abſentia ep̄i miſſam cātare dꝫ aut ille cui ipſe iniunxerit. Nota ꝙ archip̄ſbr ſubeſt archidiacono. Itē curā alioꝝ p̄ſbroꝝ agere debet. Itē vice ep̄i miſſam celebrat.

**Ut archipreſbiter.** ſus.

Casus. Dicit̄ h̄ ꝙ archip̄ſbiter dꝫ habere curā ⁊ ſolicitudinē de oībus ſacerdotib⁹. vt ep̄i ſui mādatis obediāt. In abſentia āt ep̄i dꝫ oīa officia ep̄i ſupplere exceptis his q̄ ei ſunt ꝓhibita. Nota miniſtros eccleſie ſibi adinuicē ſuffragari debere.

**Miniſterium.**

Casus. In h̄. c. ponunt̄ multa q̄ ſpectāt ad officiū archip̄ſbiteri q̄ exp̄ſſe patēt in lr̄a. Nota ex h̄. c. multa que ꝑtinēt ad officiū archip̄ſbiteri.

**Officiū.**

Casus. Hoc. c. loquit̄ ď ruralibus archip̄ſbiteris et diuidit̄ ī duas ꝑtes. Primo dicit̄ ꝙ ſingule plebes habeāt ſingulos archip̄ſbros. qui nō ſolū laicos corrigāt. ſed etiā capellanos ſub ipſis ꝯſtitutos. Scd̄o dr̄ ꝙ non putet ep̄s nō egere plebē archip̄ſbitero q̄ſi ipſe ſolus ſit ad oīa ſufficiens. qꝛ ⁊ ſi valde idoneus ſit. decet tn̄ vt ſua onera partiatur. ⁊ ſic̄ matrici eccleſie p̄eſt ep̄s ita plebibus archip̄ſbiter. vt eccleſia in nullo titubans videat̄. cūcta tn̄ ep̄o referre dꝫ ⁊ nihil ꝯ ei⁹ decretū ordinare p̄ſumat. No. ꝙ ſolus ep̄s ē ordinarius i ſua dioc̄. Itē onera ⁊ officia eccleſiaſtica ſunt ꝑtienda.

**Ut ſingule.**

De officio primicerij. Titul⁹. xxv.

Casus. In h̄. c. dicit̄ ꝙ p̄micerius ſubeſt archid̄. ꝑtinet tn̄ ad eius curā p̄eſſe diaconibus ⁊ alijs minorib⁹. ⁊ dꝫ dare lectorib⁹ lectōes. ⁊ cātoribus rn̄ſoria. ita ꝙ oēs iſtruere dꝫ ⁊ caſtigare. Nota ex h̄. c. multa q̄ ꝑtinent ad officiū primicerij.

**Ut primicerius.**

De officio ſacriſte. Titulus. xxvi.

Casus. Dicit̄ in h̄ c. ꝙ ſacriſta ſubeſt archidia. ⁊ cuſtodia vaſoꝝ ⁊ veſtimētoꝝ ſpectat ad ipſū. ⁊ cura toti⁹ theſauri. ⁊ luminaria. ⁊ incēſum. Nota ex h̄. c. multa q̄ ꝑtinēt ad officiū ſacriſte.

**Ut ſciat.**

De officio cuſtodis. Ti. xxvij.

Casus. Dicit̄ in h̄. c. ꝙ cuſtos eccleſie dꝫ obedire archid̄. ⁊ ad eius mandatū canonicas horas pulſare ⁊ ornamēta altaris ⁊ cuncta vtenſilia eccleſie cuſtodire. ⁊ circa lāpades ⁊ laternas in accēdēdo ⁊ extinguēdo ꝑuigil eſſe dꝫ. ne nimis ardendo oleū deꝑeat nec minus lucēdo obſcurior fiat eccleſia. Si aūt cuſtos circa hoc negligēs fuerit ꝑ archid̄. corrigi debet. Nota ꝙ diſcretio eſt mater oīm virtutū. Item ineptus miniſter ab eccleſia eijci debet.

**Cuſtos.**

Casus. Primo dicit̄ ꝙ cuſtos dꝫ eſſe ſolicitus de ornamētis eccleſie. luminarijs ⁊ incēſo. ⁊ ď pane ⁊ vino ad ſacrificiū. ⁊ de pulſatōe cāpanaꝝ. ⁊ ď elemoſinis decimis ⁊ oblatōibus colligēdis. ⁊ cū ꝯſenſu archid̄. diuidēdis. Scd̄o dicit̄ ꝙ in his tribus cōſiſtit ſancta mater eccleſia. archidiaco. archip̄ſbitero. et cuſtode. idcirco debēt eſſe boni ⁊ ꝯcordes. Nota ex hac decre. multa q̄ ꝑtinet ad officiū cuſtodis. Item nota ꝙ eccleſia cōſiſtit in tribus columnis ſcꝫ archidiacono archip̄ſbitero. ⁊ cuſtode.

**Cuſtos.**



De officio vicarij. Titul⁹. xxviij.

Casus. Quidā p̄ſbiter. R. noie moleſtabat monachos de rameſia petēdo ab eis vicariā eccleſie ď bur. a q̄ receſſerat. xx. annis elapſis. ⁊ i diuerſis eccleſiis ꝑſonatus poſtea fuerat adeptus. Cōqueſti ſunt monachi dn̄o pa. Rn̄dit pa. nō ē canonicū vt qui curā hꝫ aīaꝝ i diuerſis eccleſiis vicarius fiat i alienis. Vn̄ mādat pa. q̄tenus ſi ē ita p̄dictus p̄ſbiter cōpellat̄ deſiſtere a petitōe vicarie p̄dicte. Nota ꝙ qui recipit curā animaꝝ in alia eccleſia vicarie renunciare intelligit̄. Ar. colligit̄ hic. qď ſi nō recepiſſet curā in alijs ecc̄ijs ꝙ adhuc poſſꝫ petere vicariā q̄uis. xx. anni elapſi eſſent.

**Ad audientiam.**

Casus: Precipit pa. ꝙ nullus habeat plures vicarias qꝛ vicarij tenent̄ deſeruire eccleſiis et ꝑſonis eccleſiaꝝ. ⁊ ideo alienū eſt ab ordine iuris vt aliquis habeat vicariaꝫ p̄ter vnā. Nota ꝙ ſicut nullus poteſt habere plures eccleſias. ita nec plures vicarias. vtrunqꝫ enim ꝯtra ius eſt.

**Prouideas.**

Casus. Prelatus eccleſie de autoritate ⁊ aſſenſu ep̄i inſtituit vicariū in eccleſia ſua ⁊ eidem inſtituit certā portōem. Deceſſit p̄latus iſte. alter ſubſtitutus eſt illi. querit̄ vtꝝ poſſit illū vicariū remouere vel portōem aſſignatā diminuere. Et reſpondet̄. ꝙ neutꝝ facere p̄t niſi aliquid cōmittat ꝓpter qď ꝑ iudicem ſit in vicaria vel beneficio cōdemnandus.

**Ad hec.**

Nota ꝙ vicarius ꝑpetuus equiparatur p̄lato vt eo viuente nō poſſit a vicaria expelli. licet titulū non habeat niſi ꝓpter culpam ſuā ſicut nec p̄latus.

Casus. Prelati eccelſiaꝝ i quibus habent' curā animarū vel aliā dignitatē in ꝓpria ꝑſona debēt deſeruire eccleſie. ⁊ nō debent ſubſtituere ſibi vicarios in vicarijs eccleſiaꝝ q̄s eccleſias ſunt adepti. Alit̄ poni ꝯſueuit. Aliqs adeptus eſt vicariā i aliq̄ eccleſia. vicarius iſte nō p̄ōt aliū vicariū ſibi ſubſtituere in vicaria ſua. Nota ꝙ vicarius nō p̄ōt vicariū ſibi ſubſtituere.

**Clericos.**

Casus. Clerici cuiuſdā plebis ep̄i vulterani iurauerūt ſibi eligere p̄latū ad volūtatē laicorū. ⁊ ſic elegerūt ſibi p̄latū. ⁊ electōem ſuaꝫ ep̄o p̄ſentauerūt. ep̄s caſſauit illā electōeꝫ et excōicauit laicos illos q clericos cōpulerāt. ⁊ ipſos etiā clericos ꝓ iſto ⁊ alijs exceſſibus excōicauit. ⁊ ipetrauit lr̄as ad archiep̄m piſanū ⁊ ſuos cōiudices vt eos tā q̄ excōicatos faceret euitari vſqꝫ ad debitā ſatiſfactōem. poſt h̄ ꝑs aduerſa lr̄as ipetrauit ab ep̄o portueñ. vicario dn̄i pa. ad ep̄m lucanū ⁊ ſuos ꝯiudices. q autoritate illaꝝ lr̄aꝝ laicos ⁊ clericos abſoluerūt. excōicantes ep̄m vulteranū. ep̄s vulteranus ſiḡficauit h̄ totū dn̄o pa. ꝓus tn̄ ex abūdanti appellauit licet ſn̄ia illa nō teneret. Suꝑ hoc ſcribit pa. iudicib⁹ dicēs lr̄as vicarij ꝑ ſurreptōem obtentas. qꝛ iuriſdictio vicarij quē ro. pon. religt in vrbe nō extendit̄ extra vrbē niſi ei ſpēaliter ſit ꝯceſſum. p̄cipue cū ipſe morat̄ in ſua ꝓuincia ſpeciali videlicet inter capuanā ꝓuinciā ⁊ piſanā. Vnď mādat q̄tenus quicqd occaſione illaꝝ lr̄arū factū eſt denūciet̄ irritū ⁊ inane. Nota ꝙ lr̄e ꝑ ſurreptōem obtente. nō ꝯferunt iuriſdictōem. vt hic ptꝫ. Itē vicarius vl' legatus cās alterius ꝓuincie vel iuriſdictionis cōmittere nō poteſt.

**Tua nobis.**

Casus. Vicarij ꝑpetui tenent̄ facere reſidentiā in eccleſiis in qbus obtinēt vicarias. ⁊ cū habeant curā aīaꝝ debēt eſſe in ordine ſacerdotis. qď ſi facere noluerint cōpelli debent ꝑ ſubtractōem ꝓuentuū ipſaꝝ vicariaꝝ. Nota ꝙ ꝑpetuus vicarius debet eſſe ſacerdos ⁊ in vicaria reſidere.

**Ex parte.**

De officio ⁊ poteſtate iudicis delegati. Titulus. xxix.

Casus. Quidam īpetrāt lr̄as ꝯ aduerſarios ſuos ⁊ cū ipſi eos faciūt ad iudiciū euocari. ptātes ⁊ alij potētes minis ⁊ terroribus cōpellūt ꝯq̄rentes ſilere. ⁊ ſic mādatū dn̄i pa. eludit̄. q̄rebat̄ qd iudex facere dēat. Rn̄dit pa. ꝙ ſicut agentes ⁊ cōſentientes pari pena puniri debēt. ſic eodē mō taꝫ illi

**Via queſitum.**

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

qui trahunt in cauſam ꝙ̃ ꝑ̃ncipales fauto
res coꝝ ſi iuſticiã impediũt ꝑ cenſurã ec-
cleſiaſticã ſunt coercendi. Nota ꝙ agen
tes ⁊ cõſentientes pari pena puniri debẽt
Nota ꝙ iuriſdictio iudicis extendit̃ ad
oẽs illos qui iuriſdictõem illius ĩpediũt li-
cet de illis in lr̃is nõ fiat mentio.

Caſus. Aliqs ĩpetrauit lr̃as ſuꝑ

**Sanc.** aliqua cauſa cõtra aduerſariũ ſu
um ad aliquos iudices. Ille aduerſarius
alias lr̃as ĩpetrauit ad eoſdem iudices in
alia forma. dubitabãt iudices quid facere
deberent. R̃ñdit papa. ꝙ iudices ſuꝑſede
re debent executioni vtrarũqꝫ litteraꝝ do
nec romanũ pontificem ꝯſulant. ne ꝓpter
varietates lr̃aꝝ cauſa valeat retardari.
Nota ꝙ ignorantia iudicũ circa formã di
uerſaꝝ litteraꝝ facit executõem iuriſdictio
nis ſuſpendi quouſqꝫ cõſulat̃ ſuperior ſuꝑ
hoc. Item nota ꝙ ꝓ varietate lr̃aꝝ fi-
nes cauſaꝝ nõ debent ĩpediri.

Caſus. Aliqs

**Si pro debilitate.** eſt delegatus a
papa ſuꝑ aliqua cauſa. Iudex ĩpeditus nõ
poterat in cã ꝓcedere. querebat̃ vtꝝ poſ-
ſet aliĳ cõmittere vices ſuas. R̃ñdit pa. ꝙ
ſi ꝓ debilitate vel alia iuſta cã ĩpeditus fu
erit bñ p̃t vices ſuas cõmittere ꝑſonis ido
neis ⁊ diſcretis. ita ꝙ ſi cã eſſet dubia iudi
cẽ ipſum ꝯſulant. ⁊ ſi forte cã eſſet ita gra-
uis ꝙ ſine ipſius p̃ſentia terminari nõ poſ
ſet tũc nõ cõmittat. No. ꝙ delegatus pa
pe põt cõmittere aliĳ cãm ſibi cõmiſſam iu
ſta de cã ĩpeditus. Itẽ nota ꝙ delegat⁹
pape graues cãs cõmittere nõ debet.

Caſus. Aliqua cã cõmiſſa

**De cauſis.** fuit decidenda infra certũ
tꝑs puta infra duos mẽſes. querebat̃ vtꝝ
iudex termino ſibi p̃fixo elapſo poſſet vlte
rius de cã illa ſe intromittere ſi infra tꝑs p̃
fixum nõ fuerit terminata. R̃ñdit pa. ꝙ ni
ſi dies ab apoſtolico p̃fixus de [illegible] muni cõ
ſenſu ꝑtiũ infra tꝑs ſtatutũ in lr̃is fuerit ꝓ
rogatus. eo trãſacto mandatũ apoſtolicũ
expirauit. Scd̃o querebat̃. Ecce iudex
delegatus citat ꝑtes vt veniant ad p̃ſenti
am ſuam. nolũt venire vel ſtare iudicio ſuo
querit̃ qualiter puniri debeant. R̃ñdet pa.
ſi tale negociũ fuerit ꝙ certa pena ĩ ca-
nonibus exprimat̃. illã imponat. alioquin
puniat eos ſ̃m arbitriũ ſuũ cõſiderata qua
litate delicti ⁊ etiã cauſe. Nota ꝙ iuriſ-
dictio delegati põt ad maius tempus de
cõſenſu ꝑtium ꝓrogari. Item delega-
tus penaꝫ ſtatutã in iure ĩponere poteſt ⁊
nõ aliam. Item ſi nulla pena ſtatuta eſt
ſuꝑ negocio illo d̃ quo iudex cognoſcit pe
nã ꝯtumacib⁹ ĩponat ſ̃m arbitriũ ſuũ.

Caſus. Alicui delegato cã

**Preterea** cõmiſſa fuit ſimpliciter ſub
hac forma. Cauſam que vertit̃ inter tales
tibi cõmittimus terminandã ⁊ qd̃ iuſtũ fu
erit exeq̃ris. Iudex iſte q: in reſcripto nõ
cõtinebat̃ ꝙ poſſet punire ꝯtumacẽ vel ꝙ
poſſet citare ꝑtes. q̃ſiuit vtꝝ poſſet ꝯtuma
cem cogere vt veniat aut poſſet eũ punire
ſi nõ veniat. R̃ñdit papa. ꝙ poſtq̃ȝ cã iudi
ci eſt cõmiſſa. licet ſimpliciter bñ põt ꝑtes
cõpellere vt veniant. ⁊ punire cõtumaces
eccleſiaſtica ſeueritate. q̃ȝuis in lr̃is nihil d̃
hoc cõtineat̃. aut ꝑtes mandatũ nõ habe-
ant vt ad iudicẽ accedant. q: ex quo cã ſibi
cõmittit̃. ſuꝑ oibus q̃ ad cãm ꝑtinent ple-
nariã recipit poteſtatẽ. Nota ꝙ delega
tus põt punire ꝯtumaces. Item ex quo
cã cõmittit̃ alicui oĩa cõmiſſa intelligunt̃ ſi
ne q̃bus cã expediri nõ poteſt ⁊ ſic extendi
tur iuriſdictio ad oĩa acceſſoria.

Caſus. Cã cõmiſſa fuit

**Quamuis** ſub hac forma. Cãm que
inter tales vertit̃ vobis cõmittimus termi
nandã. faciatis qd̃ decreueritis ⁊c. nulla a
lia clauſula adiecta. q̃ aliq̃ñ adĳcit̃. hec ſcꝫ.
ꝙ ſi ambo nõ poteritis inter ⁊c. credebat̃
ſiue dubitabat̃ vt ſi alter nõ poſſet intẽeſſe.
vtꝝ poſſꝫ cõmittere vices ſuas. R̃ñdit pa.
ſi duob⁹ cã cõmittit̃. lꝫ in lr̃is nõ apponat̃.
ſi ambo intẽeſſe nõ poteritis. alter nihilomi
nus exequat̃. bñ põt alter cõmittere vices
ſuas ſiue cõiudici ſuo ſiue aliĳ. Nota ꝙ
iudex delegatus ſemꝑ cõmittere vices ſu-
as põt q̃liſcunqꝫ forma ſit niſi ei ꝓhibeat̃.

Caſus. Dubitabat

**Significaſti** iudex iſte an delegat⁹
põt ſententiã ſuã mandare executioni ſi or
dinarius ad mandatũ ſuũ eam exequi nol-



let aut nõ poſſet. R̃ñdit papa cõſultus ſi iu
dex ordinarius ad mandatũ delegati a pa
pa nõ vult aut nõ poteſt aliĳs reſiſtẽtibus
ſententiã a delegato latã executõi mãdare
delegatus nihilomin⁹ ſñiam ab eo latã p̃t
executioni mãdare ⁊ punire reſiſtẽtes.
Nota ꝙ ex iſta decr. videt̃ innui ꝙ execu-
tio ſñie ſpectet ꝑ̃mo loco ad ordinariũ.
Item nota ꝙ delegatus pape põt punire
omnes ĩpedientes officiũ ſuũ taꝫ in cogno
ſcendo q̃ȝ in exequendo ⁊ ſuam ſñiam põt
exequi ⁊ mãdare aliĳ vt eã exequat̃.

Caſus. Aliquis cleric⁹

**Si quando.** ĩpetrauit lr̃as ad aliquẽ
delegatũ ꝯtra p̃latũ eccleſie ſuꝑ ipſa eccle-
ſia. p̃latus corã iudice tractus ẽ in cãm. tã
dem ꝑ cõpoſitõem vel alio mõ clericus ille
eccleſiã obtinuit corã illo iudice. ⁊ certũ ẽ
ꝙ clericus nec canonicã inſtitutõnem nec
poſſeſſionẽ in ipſa eccleſia habuit corꝑalẽ
delegatus mãdat alicui vt illũ clericũ mit
tat in poſſeſſionẽ ipſi⁹ eccleſie. querit̃ vtꝝ
ep̃s debeat reſiſtere mãdato hmõi delega
ti. R̃ñdet pa. ꝙ ordinarius nõ debet violẽ
ter reſiſtere delegato. ſed apud ipſum de-
bet inſtare vt differat illũ mittere ĩ poſſeſſi
onẽ donec pape ſuꝑ h̃ negocio veritas in-
noteſcat. No. ꝙ ordinari⁹ nõ dꝫ violẽter
reſiſtere delegato nec ĩpedire officiũ ſuũ.

Caſus. Iudex delegat⁹

**In litteris.** tulit ſñiam ſuꝑ aliqua cã
ſibi cõmiſſa. querebat̃ vſqꝫ ad qd̃ tꝑs iudex
iſte delegatus ſe intꝑonere poſſet vt ſtet̃
ſñie ſue. R̃ñdit pa. ꝙ ex quo ꝑ ſe vel ꝑ aliũ
ſñiam mandauit executioni expirat iuriſdi
ctio illa q: ſemel eſt officio ſuo functus.
Nota ꝙ delegatus pape ⁊ ꝑ ſe ⁊ ꝑ aliũ p̃t
exequi ſñiam ſuã. Item nota ꝙ q̃ ſemel
officio ſuo funct⁹ eſt deinceps nõ hꝫ iuriſ-
dictõeꝫ. qd̃ verꝝ eſt cũ ſñiam mãdauerit ex
ecutõi vel mãdari p̃cepit cũ effectu.

Caſus. Aliqs

**Conſultatiõibus.** fuit ſpoliat⁹ ec-
cleſia ſua ſeu alia poſſeſſiõe ſine iudicio ec
cleſie ⁊ abſqꝫ ratõnabili cã. Acceſſit ad pa.
et cõqueſtus fuit ei ꝙ taliter fuerat ſpolia-
tus ⁊ obtinuit lr̃as ad iudices ſub hac for
ma vt infra certũ tempus reſtituatur ſibi
poſſeſſio ſi cõſtiterit iudicibus eũ taliter fu
iſſe ſpoliatũ. Ille q̃ ipſum ſpoliauit abſens
erat anteq̃ȝ aliqua mentio fieret de lr̃is il-
lis cauſa ꝑegrinationis vel cauſa ſtudioꝝ
vel alia cõſimili. nec infra tꝑs cõprehẽſum
in lr̃is poterat ſe iudici p̃ſentare. querebat̃
vtꝝ poſſeſſio debeat illi reſtitui cũ ꝑatus
ſit ſuam poſſeſſionẽ ⁊ ſpoliatõnem ꝓbare.
R̃ñdit pa. ꝙ nec poteſt nec dꝫ habere re-
ſtitutõem q̃ȝuis ꝑatus ſit ꝓbare corã dele
gatis poſſeſſionẽ ⁊ deiectõeꝫ. veruntñ ſi il
le qui poſſidet lite ꝯteſt. ſe ꝯtumaciter ab-
ſentaſſet. tũc debet ei poſſeſſio ablata reſti
tui ſi ꝓbauerit ſe poſſediſſe ⁊ ſpoliatũ fuiſ-
ſe. No. ꝙ ſpoliat⁹ ad h̃ vt reſtituat̃ duo
debet ꝓbare. ſcꝫ poſſeſſionẽ ⁊ deiectõem.
Itẽ nota ꝯtra abſentẽ cã ꝑegrinatõnis
vel ſtudĳ vel alia cõſimili nõ eſt ꝓcedendũ
diffinitiue. nec cõtumax reputat̃.

Caſus. Aliqs clericus vel laic⁹

**Sanc.** cãm habuit cũ ep̃o. cã ipſa cõmiſ
ſa fuit alicui iudici delegato ꝯtra ep̃m qui
delegato non ſubeſt alias. querit̃ qualiter
delegatus ep̃m punire debeat ad aliquid
faciendũ vel dandũ. cum rebellis fuerit ip
ſi delegato. R̃ñdet papa ꝙ iudex delega-
tus ab ipſo vices ipſi⁹ gerit. ⁊ ideo maior ⁊
ſuꝑior eſt illis quoꝝ cãm ſuſcipit terminã-
dam. Unde ſi ep̃s vl' alia ꝑſona que nõ ſit
de iuriſdictõne ordinaria iudicis delegati
in cã que ſibi a ſede apoſtolica delegat̃. re
bellis ⁊ cõtumax fuerit. iudex delegat⁹ po
teſt ipſum ep̃m interdicere vel ſuſpendere
ita ꝙ ſ̃m qualitatẽ negocĳ tꝑate ꝓcedens
ep̃o interdicat ingreſſum eccle vl' ſacerdo
tale officiũ vl' terrã ipſius ep̃i intẽdicto ſup
ponat. Nota ꝙ delegat⁹ vices gerit de
legantis. Itẽ maior eſt illis quoꝝ cãm
ſuſcipit terminandã. Itẽ ꝯtra maiores
ꝑſonas ab inicio tꝑate delegatus ꝓcedere
dꝫ. Itẽ terra põt intẽdici ꝓ delicto dñi.

Caſus. Quidã cleri

**Ex parte. N.** cus. n. noie ĩpetrauit
lr̃as ad ep̃m cõuentreñ. vt archidiaconatũ
quẽ in eccleſia ipſius primo vacare cõtin-
geret aſſignaret eidem lr̃is. iſtis p̃ſentatis
quidam alius. r. nomine lr̃as alias ad ebo-
raceñ. archiep̃um impetrauit ſub hac for-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

ma. vt ſi auunculus eius archidiaconatū
quē habebat in eccleſia cōuentreñ. oīno di
mittere vellet ipſum aſſignaret eidē nulla
de pͥoribus lr̄is habita mentōe. Ep̄s ꝯuen
treñ. hoc intellecto ſignificauit negocium
dño pape ꝑ eundem. n. Sup negocio iſto
ſcribit papa archiep̄o ⁊ ep̄o p̄dictis dicēs
ꝙ ſi memor fuiſſet ꝓ p̄dicto. n. ſcripſiſſe ꝓ
aduerſario ſuo nullas lr̄as direxiſſet. Un-
de mandat eiſdē quatenus p̄fato. n. archi-
diaconatū ipſius eccleſie ſi vacet aſſignēt
nō obſtantibus lr̄is poſterius īpetratis.
Nota ꝙ ſi lr̄e ſup beneficio impetrent̄ ⁊ p̄
ſententur. lr̄e poſterius impetrate ſup cōſi
mili beneficio in eadē eccleſia nō facientes
de prioribus mentōem nō valent.

Caſus. Dominus papa cō

**Ex parte.** mittit cauſaꝫ aliquā ſub cer
ta forma querebat̄ vtꝝ ille ita ſequi debe-
at formā ſibi datam ꝙ exceptiones legiti-
mas nō admittat. Reſpondit papa ꝙ licet
delegatus ſequi debeat formā ſibi datam
tñ exceptiones rōnabiles admittere debet
et ſm̄ equitatē in cauſa ꝓcedere. niſi expri
mat̄ in lr̄is ꝙ nulle debeant exceptiones
admitti. quod nō credit nec ipſum nec an-
teceſſores ipſius expreſſiſſe. Nota qua
liſcunqꝫ forma detur delegato. exceptio-
nes legitimas recipere debꝫ. quia illud nō
eſt cōtra formam. Item in iudicijs ſer
uanda eſt equitas.

Caſus. Cauſa

**Quoniam abbas.** cōmiſſa fuit du
obus abbatibꝰ. ſcꝫ abbati leiceſtrie ⁊ abba
ti vinceſtrie nō expreſſis nominibus abba
tum cū illa clauſula ꝙ ſi ambo in cauſa ꝓ-
cedere nō poſſent alter ſolus in cauſa ꝓce
deret. Mortuo abbate vinceſtrie abbas
leiceſtrie ſolus citauit ꝑtes. Tandē ſubſti-
tutus fuit abbas abbati p̄mortuo vince-
ſtrie. Abbas leiceſtrie ſibi adiunxit in cau-
ſe cognitōe abbatē vinceſtrie de nouo ſub
ſtitutuꝫ. ⁊ cū ipſo tulit ſententiā. Quia du
bitabat̄ vtꝝ ſententia valeret ſignificatū fu
it hoc pape. ⁊ ipſe eā cōfirmauit cū fuit re-
cte lata. Nota ꝑ hanc decre. quando
cauſa cōmittit̄ dignitati nō expreſſo nomi-
ne p̄lati eo mortuo ſucceſſor in eadē cauſa
ꝓcedere debet.

Caſus. Queſtio vertit̄ in-

**Super eo.** ter aliquos ſup p̄ſentatiōe
rectoris in aliq̄ eccleſia. cōmittit̄ cauſa ſup
hoc alicui ſub hac forma. vt ſi cōſtiterit ius
de quo agit̄ ad alterutrā ꝑtem ꝑtinere. ad
p̄ſentatōeꝫ illius iudex ordinet eccleſiā ap.
re. Primo querit̄ vtꝝ liceat iudici delega
to ignorāte ep̄o archidiacono vl' archip̄ſbi
tero ad quē ꝑtinet inſtitutio: p̄ñtatū ſibi cle
ricū in poſſeſſionē eccleſie mittere. ⁊ ſi ali-
quis illoꝝ ad quē ꝑtinet inſtitutio appella
uerit vtꝝ ſit eoꝝ appellatōibus deferendū
Papa ꝯſultus r̄ndet ꝙ licet qōem cōmit-
tat de p̄ſentatōe ap. re. nō tñ eſt eius inten
tōis facere p̄iudiciū dioc. ep̄o. archidiaco
no vel archip̄ſbitero. Uñ clericus inſtituē
dus p̄ſentari debet illi ad quē de iure ꝑti-
net inſtitutio. ⁊ ſi ꝯtra factū fuerit eoꝝ ap-
pellatio valebit. q2 appellatio ſolūmodo in
hibita eſt illis inter q̄s cā vertit̄. ⁊ nō p̄di-
ctis. Nota ꝙ forma reſcripti nō eſt ſemꝑ
ſeruāda. vt h̄ ꝑtꝫ. ſed hoc fit q2 ꝑ h̄ fieret p̄
iudiciū illi ad quē ꝑtinet inſtitutio. nec no
cet illi q̄ obtinuit. Itē licet cā cōmiſſa ſit
inter aliq̄s alij tñ q̄s negociū tangit admit
tunt̄ ad defenſionē ſuā. Item ap. re. in-
telligit̄ de illis inter q̄s cōmittit̄ ⁊ nō alijs
Itē res inter alios acta alijs nō nocet.

Caſus. Quedā cā m̄rioni-

**Cauſam** . alis vertebat̄ inter. J. muli
erē ⁊. B. viꝝ illius. Illa fuit cōmiſſa duo-
bus ep̄is corā q̄bus mulier petijt reſtitui ſi
bi viꝝ ſuū q̄ ſpoliauerat ipſam. q̄ cū de ſpo
liatōe cōſtitiſſet eiſdem mandauerūt viro
vt eā reſtitueret. Uir adeo flagellis ⁊ cru-
ciatibus ipſaꝫ afflixit ꝙ inuita ⁊ coacta cō
feſſa fuit parentelā eſſe int̄ ipſam ⁊ viꝝ ſuū
Propter qđ alter đ p̄dictis ep̄is tulit ſen
tentiā diuortij int̄ ipſos. Sup hoc delata
fuit queſtio ad papā. Uñ mādat pa. q̄buſ-
dā ꝙ ſi inuenerint ꝙ dictus. B. vxorē ſu-
am dimiſerit ad iudiciū alterius iudicū p̄-
dictoꝝ monitōe p̄miſſa cōpellāt eundē vt
ipſā recipiat ⁊ maritali affectu ꝑtractet. q2
cū cā duobus cōmittit̄ ſn̄ia vniꝰ nō tenet.
Si vero aliqui apparuerint poſtq̄ꝫ ab ip-
ſo recepta fuerint q̄ velint ⁊ poſſint ipſoꝝ



matrimoniū accuſare. cām audiant ⁊ fine
canonico decidant eandē. Nota ꝙ cō-
feſſio ꝑ metū extorta nō p̄iudicat. Item
cōfeſſio ꝯtra m̄rioniū facta nō tenet. Itē
cū plures ſint iudices altero abſente nec ſe
excuſante nec cōmittēte vices ſuas. ſn̄ia al
terius vel alioꝝ nō valet. Itē reſtitutio
p̄us fieri dꝫ q̄ꝫ p̄ncipalis queſtio agitet̄.

Caſus. Inter. F. et

**Cauſam que** . R. de ardēna queſtio
vertebat̄ ſup natiuitate agathe matris di
cti. r. cā ſup h̄ cōmiſſa fuit ep̄is oxoñ. vinto
neñ. ⁊ londoneñ. ad petitōem ipſius. r. Sꝫ
q2 dictus londoneñ. ep̄s dñs erat dicti. r.
p̄fatus. f. habebat eū ſuſpectū. Unde papa
ad petitōem ipſius. f. amouit ipſum ⁊ loco
ipſius ſubrogauit abbatem herfordenſem
Nota cū iudex eſt dñs impetrantis po-
teſt legitime recuſari.

Caſus. Querit̄ ſi delegatus

**Cum te** a p̄ncipe ſubdelegauerit vices
ſuas alteri. ſi appellat̄ a ſubdelegato vtrū
delegatus debeat dimittere cām indiſcuſ-
ſam. Et r̄ndet pa. ꝙ nō ſed poteſt ꝓcedere
ſcꝫ ſi aliquid ſibi de iuriſdictōe retinuit.
Nota ꝙ ab auditore nō poteſt appellari.
quod veꝝ eſt ſm̄ diſtinctōem illius decre.
ſup queſtionū. infra. e. §. tercio.

Caſus. Hec decre. corre-

**Relatum** cta eſt. querit̄ ſi mortuo mā
datore poſſit ꝓcedi ꝑ lr̄as ab eodē īpetra-
tas ante mortē eius. Et reſpondet̄ ꝙ ſi lis
eſt cōteſt. poteſt ꝓcedi alias nō. hodie po-
teſt ſi ante citant̄. infra de offi. lega. ca. vlt̄.
Nota ꝙ ꝑ mortē mandatoris re exiſtē-
te integra expirat mandatū. Itēꝫ ꝑ litis
cōteſtatōem ꝑpetuat̄ iuriſdictio.

Caſus. Quedā cauſa fuit

**Gratum** . cōmiſſa iudici delegato. ip-
ſe ſtatim citauit ꝑtes. lis vero cōteſta. fuit
poſt mortē delegantis. querebat̄ vtrū poſ
ſit poſtea in cauſa ꝓcedere delegatus. Se
cundo ponit̄ alia queſtio. Ecce aliquis ap
pellauit a iudice. poſtmodū petijt terminū
ad ꝓducendum teſtes ⁊ atteſtatōes rece-
ptas petijt poſtmodū publicari. queritur
an ꝑ hoc appellationi renūciaſſe intelliga-
tur. Ad primā queſtionē r̄ndet papa. ꝙ ci
tatione facta negociū eſt quaſi ceptū. ⁊ p̄-
cipue ſi delegatus nō ſit certus de obitu
delegantis. vnde legitime poteſt in cauſa
ꝓcedere. In ſc̄da queſtione r̄ñ. ſi vera ſunt
p̄miſſa appellationi renunciaſſe videt̄.
Nota ꝙ ꝑ ſolam citationem ꝑpetuatur iu
riſdictio delegati. Item tacite ꝑ cōtra
rium factū renunciat quis iuri ſuo ſiue ap-
pellationi.

Caſus. In p̄ma ꝑte

**Prudentiam** ponit̄ talis queſtio.
Ecce cauſa cōmittit̄ tribus iudicibus cū il
la clauſula ꝙ ſi omnes intereſſe nequiue-
rint duo nihilominus in cauſa ꝓcedant.
duo illoꝝ tantū citant reum. querit̄ vtruꝫ
ille teneatur venire. Poſt illam queſtio-
nem ſtatim facit aliam queſtionē. Tres iu
dices citant reum. In termino cōſtituto
cōparuit coraꝫ duobus tercio abſente nec
ſe excuſante vl' cōmittente vices ſuas. que
rit̄ vtꝝ duo p̄ſentes poſſint in cauſa ꝓce-
dere. ⁊ eam ꝑ ſententiā diffinire. Ad pri-
mam queſtionē nō reſpōdet papa directe.
ſed reſpondendo ad ſc̄dam. intelligitur pri
ma ſoluta. Dicit papa. ꝙ cum aliquis nō
oſtenderit legitime ſe cū alijs intereſſe nō
poſſe. vel alias de hoc cōſtare canonice nō
poterit. alij in cauſe cognitōnem ꝓcedere
nō debēt. quod ſi fecerint nō valebit. quia
integrum eſt iudiciū quod plurimoꝝ ſen-
tentijs cōfirmatur. ⁊ papa libentius cōmit
tit cauſam duobus q̄ꝫ vni. ⁊ tribus q̄ꝫ duo
bus. ⁊ ſi cōtra facerent. formā reſcripti nō
ſeruarent. ꝑ hoc intelligitur queſtio prima
ſoluta. quia ſi tres citant ꝑtes ⁊ duo illoꝝ
tercio abſente ꝓcedere nō poſſunt. ergo ſi
duo tantū citant reus ad ipſoꝝ citatōnem
venire nō tenetur. Adijcit̄ poſtea ꝙ vbi
in cōmiſſione apponit̄ ſi oēs intereſſe ne-
quiuerint duo nihilominus exequant̄. Si
aliquis illoꝝ cū poſſit noluerit intereſſe a-
lij nihilominus ꝓcedere poſſunt q̄ꝫuis ille
ſit de hoc arguēdus ꝙ mandatū apoſtoli-
cū exequi ꝯtempſit. ⁊ idē dicendū eſt ꝑ oīa
qñ ſcribit̄ duobus cū illa clauſula ꝙ ſi am-
bo ⁊c. Sexta in. §. iſto tal' eſt caſus. Pe
trus īpetrauit cām cōmitti cōtra martinū
iudicibus ſup aliqua queſtione. Pendēte

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

iſta cõmiſſione martinus fecit citari petrũ
ꝑdictum ꝓ alia cauſa coꝛã oꝛdinario vľ co
ram delegato.qꝛ petrus iuri nõ parebat fu
it excõmunicatus ab oꝛdinario vel delega
to.dũ ſic eſſet excõmunicatus.cepit cõue⸗
nire martinũ coꝛã ſuis iudicibus delega⸗
tis. Martinus reus obiecit petro actoꝛi
ꝙ in iudicio ſtare nõ poteſt cũ ſit excõmu⸗
nicatus.queriť ſi reus nõ velit ſtatim ꝓba
re ipſum excõmunicatũ aut nõ poſſit vtrũ
actoꝛ audiri debeat donec reus ꝓbauerit
ipſum excõmunicatũ. Ad hoc rñdit papa.
ꝙ ſi reus ſtatim vel infra terminũ cõpeten
tem nõ ꝓbauerit quod obiecit actoꝛ poſt⸗
modũ audiatur. Veruntñ ſi cõſtiterit vel ꝑ
cõfeſſionẽ actoꝛis vel alio legitimo modo
actoꝛẽ excõmunicatũ eſſe.tunc ab ipſis iu⸗
dicibus delegatis ſm̃ foꝛmã eccleſie debꝫ
abſolui tñ ſi ab oꝛdinario vel delegato ꝓ⸗
pter aliã iuſtã cauſam fuerit excõicatus ad
ſuũ excõmunicatoꝛẽ debet remitti abſoluẽ
dus.⁊ ſi ille malicioſe ipſuꝫ nõ abſoluerit.
iudex delegatus ipſum abſoluat.dũmodo
nõ ſit tale genus excõicationis cuius abſo
**Piſanis** Ca. Piſani occupauer̄t. q̄dā caſtra ep̄i lucani ꝓpter qđ orta fuit diſcordia inter lucanos ⁊ piſanos. ⁊ q2 piſani n̄ reſtituebāt caſtra illa ep̄o lucāo de māda. dn̄i pa. excōicati fuer̄t. Demū cū diu ſtetiſſent in excōicatōe petiuerūt abſolui a dn̄o pa. parati ſtare mandatis eccleſie. Unde pa. q̄ndam ſubdya. ſuū. ꝑ. noīe miſit ad eos dans eidē in mādatis vt eccleſie lucane reſtitueret plene ac libere poſſeſſionē quā in q̄buſdā caſtris cōſtabat ip̄am eccleſiam habuiſſe ſicut tꝑe mote diſcordie habuerat. ⁊ ſuꝑ ea de qua dubietas oriretur ſufficienti cautōne recepta ꝙ p̄dicti piſani coram dn̄o pa. iuri parerent excōicationis ſnīas in eos ꝓlatas ꝓ occupatione caſtrorū relaxaret. Poſt contentiones multiplices dicebant piſani ꝙ ꝑ ep̄m lucanum ſtabat q̄minus reſtitutō fieret iuxta mandatū dn̄i pa. Vn̄ petebant quatenus ſubdyaconus p̄dictus ſnīas p̄dictas relaxaret. Ipſe receptis cautōnibus ꝙ iuri parerent corā dn̄o papa ſnīas relaxauit eaſdem. Ep̄us ꝓpter hoc reputans ſe grauatū ad ap. ſe. acceſſit impugnaturus ꝓceſſum p̄dicti ſubdiaconi. Auditis allegationibus partiū dicit dn̄s papa ꝙ in mandato ſuo duo continebant̃ vt videlicet poſſeſſio quā cōſtabat lucanaȝ eccleſiā habuiſſe tꝑe mote diſcordie prius reſtitueret̃ eidem. ⁊ vt eiuſdē poſſeſſionis reſtitutio fieret plene ac libere ſicut eam habuerat tꝑe mote diſcordie. quorum primū refert̃ ad factū. alterū refert̃ ad modū. vn̄ lȝ in facto formā mandati ſubdiaconus ipſe adimplere nequerit vt piſani dicebant. q2 nō poterat facere reſtitui ep̄o poſſeſſionē caſtrorū de qua nō conſtabat eidē. nec etiam poſſeſſio affictuū ⁊ penſionū poterat ep̄o reſtitui vt ipſe dicebat. q2 ea non fuerat ſpoliatus. tn̄ peccatuȝ fuit in modo. q2 ſubdya. debuit facere vt piſani poſſeſſionem penſionū et affictuū dimitterent ep̄o plene ac libere ſicut ipſe habuerat tꝑe mote diſcordie. quā poſſeſſionē cōfitebant̃ piſani ep̄m habere in caſtris p̄dictis. ⁊ h̄ eſſe nō poterat niſi piſani caſtra illa oīno dimitterent. q2 illis tenētibus caſtra p̄dicta in q̄bus habet affictus ⁊ penſiones ea plene ac libere habere nō poterat ſicut habebat q̄n piſani caſtra eadem nō tenebant. q2 in ꝑtāte piſanorū erat ep̄m admittere vel repellere. His ergo conſideratis dn̄s pa. ꝓceſſuȝ ſubdyaconi antedicti iudicauit irritū ⁊ inanem. Nota ꝙ forma mandati diligenter ſeruanda eſt. ⁊ q contra facit irritus eſt ꝓceſſus. Item qui reſtituit̃ plene ac libere debet reſtitui ⁊ in priſtinum ſtatum reponi

## De dolo ⁊ contumacia. Ti. xiiij.

**D hec.** Caſus. Reus vocatus ad iudicium non venit contumax eſt. iudex ꝓpter contumatiā rei ꝓnunciat actorē mittendū eſſe in poſſeſſionem rei petite cā rei ſeruande. ſed ꝓpter potentiā rei ſiue do

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

lum non pōt nanciſci poſſeſſionē.tandē im
minente fine anni reus ne poſſeſſionē poſt
annū amittat offert cautionē ſtandi iuri.q̄-
rit hic cuiuſmodi pena iſte ſit puniēdus ꝗ
non ꝑuit iuſſioni iudicis. Rn̄det pa.ꝙ in
ecciaſticis ꝑſonis ⁊ negocijs rigor iuris nō
requirit ſed cū iuſticia ꝓpter h ꝙ iudici nō
paruit nō ꝑiclitet admitti dꝫ reus cū ꝑ cau
tionē ſtandi iudicio ſe aſtringit. No.ꝙ ri
gor iuris nō eſt ſuandus ſm canones ⁊ p̄-
cipue vbi ius actoris nō ē factū deterius.

Caſus. Inter mōachos de
**Ex literis.** crollis ex vna parte ⁊ cano
nicos lincoñ.ex altera queſtio v̄tebat ſuꝑ
quibuſdā eccleſijs de.V.⁊.M.Cauſa ad
petitionē monachorū cōmiſſa fuit iudicibꝫ
canonici legitime citati ſe cōtumaciter ab-
ſentarunt. Iudices licet monachi ꝓpter
cōtumaciaꝫ canonicorū mittendi eſſent in
poſſeſſionē rerū petitarū poſſeſſionē dicta
rū ecciarum ſequeſtrari fecerunt vt ſaltē af
fecti tedio venirēt ad iudiciū.Tandē dum
monachi peterent eccleſias ſibi reſtitui.rñ
derunt canonici autoritatē iudicū expiraſ-
ſe ꝓ eo ꝙ cā illa iudicibus alijs erat cōmiſ
ſa.ſed in lr̄is poſterioribus nō fiebat mētio
de prioribus.nec noia eccleſiarū que cōti-
nebant in prioribus lr̄is exprimebant ſed
indefinite dicebat ſuꝑ quibuſdā eccleſijs.
Iudices ſuꝑ h dubitantes cōſulerūt dñm
pa. Et rñdit ꝙ cū dolus ⁊ fraus alicui pa-
trocinari nō debeāt mādat q̄tenus in cā ꝓ
cedant ſm tenorē priorū lr̄arū nō obſtanti-
bus poſterioribus cōdēnantes canonicos
in expenſis ipſis monachis q̄s ꝓpter h fe-
ciſſe noſcunt. Nota ꝙ ꝗ malicioſe trahit
aliū ad iudiciū in expēſis dꝫ condēnari ad-
uerſario. Itē dolus ⁊ fraus nō debent a
licui ꝓdeſſe ſed potius obeſſe. Itē gene-
rales lr̄e nō reuocant ſpeciales.

Ca. Inter.F.et.R.filium
**Cām que** .agathe vertebat qđ de na-
tiuitate ipſius agathe occaſione ſucceſſio-
nis.cā natiuitatis cōmiſſa fuit ad petitōnē
ipſius.R.Tandē.F.acceſſit ad dñm papā
et fecit vnū de iudicibus remoueri.q̄ dñs
erat ipſius.R.⁊ alterū ſurrogari loco illiuſ
adijciēs ꝙ iſte.R.de anglia receſſerat ma-
licioſe.Vñ mandat pa.iudicibus vt dictū.
R.debeant legitime citare ad p̄ñtiam ſuaꝫ
et ſi contēpſerit accedere vel iudicio illorū
parere ſi abſentauerit ſe citent ꝓcuratoreꝫ
ſuū ſi aliquē dimiſerit.⁊ ſiue venerit ſiue ñ
venerit recipiāt teſtes ⁊ ſniam ꝓferant ſm
formā ſibi traditā.Si vero nullū ꝓcurato-
rem dimiſerit fiat denunciatio legitima ad
domū ipſius.R.quo facto ꝓcedat ad teſti
um receptionē ⁊ ad ſniam vt dictū eſt.No
ta ꝙ quilibet tenet dimittere ꝓcuratorē ꝗ
ſe abſentat. Itē citatio faciēda eſt ad do
mū abſentis.⁊ ſi nō defendat ꝓcedit cōtra
ip̄m. Itē contra actorē abſentē contuma
citer recipiunt teſtes lite non conteſ.⁊ fer-
tur ſnia.⁊ in iſto caſu loquit hec decre.cuꝫ
actor eſt abſens ⁊ reus p̄ñs.

Caſus. Quidā voca
**Prout nobis.** tus fuit ad iudiciū da
to ſibi libello contumaciter receſſit a p̄ñtia
iudicū.Tandē rediens recepto libello iu-
rauit ꝙ corā eius iuri pareret. die ſibi p̄fi-
xa p̄ñtauit ſe corā iudicibus.⁊ dum crede-
ret rñdere libello pretextu aduocati quem
nō habebat.rñdere ſolita malicia recuſauit
tandē dum actor inſtaret vt rñderet inter-
rogatus fuit quot annis decimas de q̄bus
contentio erat ꝑcepiſſet.rñdit.xl.appellās
et contumaciter iuramēto contēpto receſ-
ſit.dubitauerūt iudices vtrū ꝑ talem inter
rogationē ⁊ rñſionem cōteſtatio litis facta
eſſet.⁊ qualiter eſſet ꝓcedendū cōtra ip̄m.
Conſultus pa.rñdit q̄tenus ad cōuincen-
dā maliciā eius ſemel vocent eū ad p̄ñtiam
ſuaꝫ ⁊ ſi venerit ꝓcedant in cā. ꝙ ſi venire
noluerit cū lis ſit conteſtata ſi liquet de cā
vel liquere poſſit diffinitiuā ferant ſniam.
Si vero nō liquet nec liquere poſſit poſſeſ
ſionē adiudicent actori ſeruata dumtaxat
queſtione ꝓprietatis abſenti. Nota ꝙ ꝑ
indirectā rñſionem fit litis cōteſtatio. Itē
nota dilationē dandā ad cōuincendā mali
ciam. Itē lite conteſtata.reo abſente pōt
ferri ſententia.

Caſus. Quidam
**Finem litibus.** malicioſe fundata
intentione actoris vt negocium differetur
opponebant exceptiones peremptorias.



Papa volens obuiare malicijs iſtorū p̄ſer
tim cū de bñficijs ecciaſticis litigat ſtatuit
vt poſtq̄ꝫ aliqs intentionē ſuā ꝓbauerit. ſi
altera pars legitimā exceptioneꝫ opponat
quā nolit aut nō poſſit incōtinenti ꝓbare.
ſi defecerit in ꝓbando condēnet alteri par
ti in expenſis ꝓpter h factis ab eo tꝑe q̊ re
cepit inducias ad exceptionē ꝓbandā.⁊ ſi
ſoluendo non fuit alias ad arbitriū iudicis
puniat.vt h timore ꝑterritus non facile qs
in grauamen alterius falſas exceptōes op-
ponere p̄ſumat Nota ꝙ ꝗ deficit in exce
ptione ꝑemptoria ꝓbanda fundata inten-
tōne actoris debet in expenſis condēnari
Itē ad arbitriū iudicis puniri debꝫ ꝗ expē
ſas ſoluere nō pōt. Itē exceptio ꝑempto
ria p̄t opponi publicatis atteſtatōibus.

Ca.Quidā electus fu-
**Cum dilecti.** it in ep̄m leodineñ.Ar-
chidiaconus ⁊ quidā alij canōici eiuſdē ec
cleſie opponebant ſe huic electo.Propter
qđ nuncij ipſius electi ⁊ archid.ꝓ ſe ⁊ alijſ
acceſſerunt ad pa.Archid.et.H.canōicus
ꝓ ſe ⁊ alijs opponebant quedā crimina cō
tra electū ꝑ q̄ intendebant eū repellere tan
q̄ꝫ indignū.Suꝑ his mandat pa.ingri.Tā
dem q̄ pars archid.quedā grauamina in-
ferebat electo appellauit ad ſe.apo.ſed ap-
pellationē ſuā nō fuit ꝓſecutus ꝑ ydoneos
ꝓcuratores altera parte eā ꝓſequente ꝓ-
pter qđ orta fuit ſuſpitio cōtra ip̄m electū.
Vñ papa mandauit eidē vt infra certū ter
minū ꝑ ſe vel ſufficientē ꝓcuratorē ad p̄ñti
am ſuā accederet ſuꝑ p̄dictis rñſurus quē
terminū ꝑemptoriū aſſignauit. alioqn quā
tū de iure poſſet ꝓcederet cōtra ip̄m.Ad-
uerſarij ipſius expectauerunt ip̄m in curia
vſqꝫ ad terminū ip̄m ⁊ vltra. ſed ipſe quen
dā ſimplicē nūciū tantū cū ſuis lr̄is excuſa
torijs deſtinauit.Dicebat em̄ ꝙ tarde nū-
cium receperat. vñ nō poterat.tum ꝓpter
breuitatē termini.tum ꝓpter viarū diſcri-
mina.ſe ad p̄ñtiam pa.p̄ñtare.Sed contra
iſta ſic rñdebat.ꝙ ſicut miſerat excuſatorē
ita dirigere poterat rñſalem cum ei nō fuiſ-
ſet iniunctū vt ad cām in ꝓpria ꝑſona veni
ret.Preterea cū mandat alicui vt ad cer-
tum terminū ſe iudici rep̄ñtet. duo intelli-
guntur mandari.vt ad iudiceꝫ veniat.⁊ ad
diem ſibi ſtatutū accedat.vnde ſi nō poteſt
venire ad diē ſtatutū nihilominus poſt ter
minū venire tenet ad iudicē ſicut cum mā-
dat alicui vt ad certā diem rem certā ꝑſol
uat.nō ideo erit liberatus a debito ſi nō ſol
uat die data.imo poſt terminū ad ſoluen-
dum debet cōpelli elapſo iam die.Vñ dñs
pa.q̄ dictus electus nec venerat nec ſuffi-
cientē nunciū miſerat ad diem ſtatutū nec
poſt diutius expectatus ꝗ excuſauerat mo
ram ſuā ⁊ calores eſtiuos ⁊ inſidias formi
dabat reputauit illū contumacē.vñ condē-
nauit illū ad expenſas alteri parti quas fe-
cerat ab eo tꝑe quo ip̄m expectare incepit
Nota ꝙ cum aliqs citat ad cām veniat vl'
mittat ꝓcuratorē.nō ſufficit mittere execu
torem ſicut mittit excuſatorem. Item cō
tumax in expenſis condēnat a tꝑe cōtuma
cie. Item cum crimen in modum excepti
onis obijcit pōt ꝓcurator interuenire.

Ca. Quidā clericus.D.
**Cum olim.** noie acceſſit ad ſe.ap.cuꝫ
multis lr̄is p̄latorū ybernie.q̄s p̄ñtauit do
mino.C.cōtinētes ꝙ idē.D.electus erat
in ep̄m roſcñ.Et cū nullus appareret ꝗ ali
qd ꝓponeret cōtra ip̄m dñs pa.fecit illum
in ep̄m cōſecrari.Poſtmodū.F.et.G.mo
nachi ad dictū.C.accedentes ꝓpoſuerūt
ſe a canonicis eccie roſcñ.electos.⁊ ꝙ di-
ctus.D.ꝑ falſas lr̄as ſe fecerat conſecrari.
Vñ.C.cām cōmiſit q̄buſdā vt de fořa ele-
ctionis illius.D.veritatē inq̄rerent ⁊ ſi ca
nonice electus fuit faciant illū pacifica poſ
ſeſſione gaudere.alioqn cognoſcant de ele
ctōe dictorū monachorū cōfirmantes quā
canonicā inuenerint altera infirmata. Iu-
dices citauerūt illū.D.tercio ſe noluit cō-
parere.vñ ipſi cepert cognoſcere de electō
nibꝫ dictorū mōachorū.⁊ electōꝫ.F.confir
mauerūt.Interī dictus.G.ad ſe.ap.acceſ
ſit.⁊ ſuꝑ q̄buſdā grauaminibus ⁊ iniurijs
cōtra dictū.F.⁊ q̊ſdam alios lr̄as impetra
uit.Poſtmodū dictus.F.ad dñm inno.ac
cedens lr̄as p̄dictorū iudicū p̄ñtauit eideꝫ
cōtinentes q̄liter in electōe ip̄ius fuerat ꝓ
ceſſū.Dñs pa.volēs adhuc miſericorditer a
gere cum illo.D.vt eius malicia cōuincat

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

remiſit iſtū. F. ad ipſos iudices mādās eiſdem ꝙ nō obſtāte ꝙ electio ipſius. F. fuit cōfirmata. adhuc ingrant de electōe ipſius B. ſm ꝙ in lra ꝯtineť. Jn fine diť ꝙ ſi ille B. nō venit anno elapſo dictū. F. faciāt in epm cōſecrari. No. ꝙ ꝓpter maliciā alicuius cōuincendā citari dꝫ ex habundanti

Ca. Quidā canonici curi

**Ueritatis.** enſes denūciauerunt epm ſuū de dilapidatōe. homicidio inceſtu ⁊ alijs criminibus. de qbus erat publice infamatus. Uñ pa. cām ſup his cōmiſit primo epo tridentino ⁊ abbati ſancte marie ⁊ cuidam ꝑpoſito inhibēdo eidē ne de rebus eccleſie aliqd alienare pſumat. Scdo cōmiſſa fuit epo brixineñ. eadē cā ⁊ abbati ⁊ ꝑpoſito ꝑdictis. ſed dictus eps corā primis iudicibus vocatus p cōtumaciā venire contēpſit. vñ ipſi ab officio ⁊ bñficio ſuſpenderūt eundē. Poſtmodū citatus a ſcdis iudicibꝫ cōparuit coram eis ⁊ friuolā excuſationem ꝑtendens ſolita malicia noluit ſtare iuri cū canonicis ꝑdictis ꝓpter qđ pa. cōfirmauit ſuſpenſionē a primis iudicibus factā. Tercio loco cōmiſſa fuit cā epo cumano ⁊ cuidam abbati ad ſupandā maliciā ipſius epi qui citato ipſo epo. nec venit nec ꝓ ſe miſit aliquā rñſalem. Unde ipſi tulerūt ſniam excōicationis in eundē recipientes teſtes ſm qđ a dño pa. recepant in mandatis p quos qđlibet crimen ꝑdictorū fuit ꝓbatum. Judices cām ⁊ ꝓceſſum ipſius cauſe remiſerunt ad pa. Unde ipſe cōſideratis ꝑdictis videns ordinē iudiciariū in hoc facto fuiſſe ſeruatū. conſiderans etiam ꝙ poſt ſnias in ſe datas celebrare pſumpſit in noīe dñi cum apoſtolo volens inobedientiā omnez vlciſci tulit ſniam ꝑpetue depoſitōis in ipꝫ epm lꝫ abſentem priuans eū ab omni pontificali ⁊ ſacerdotali officio ſine ſpe reſtitutiōis reuocando in irritū qcquid de rebus eccleſie alienare pſumpſit poſt inhibitionē ſibi factam p ap. ſe. ⁊ poſt ſuſpenſionē ⁊ excōicationē latam in ipm. Nota ꝙ in cauſa denunciatōis lite nō conteſtata cōtra cōtumacē poſſunt recipi teſtes. Jtē q celebrat ſuſpenſus vel excōicatus debet deponi. Jtem in abſentē contumacē ferť ſnia depoſitionis. Jtem p denunciationē aliquis deponiť ſed hoc fuit ꝓpter magnitudinem criminis homicidij q celebrauit excōicatus.

Caſus. Aliquis citať ad

**Contingit.** cauſam. cōtumaciter ſe abſentat. iudex ꝓpter cōtumaciā abſentis adiudicauit poſſeſſionē actori cā rei ſeruāde. ſed ꝓpter potentiā rei ſiue dolum actor infra annū rem cuſtodiendam nanciſci non pōt vel acquiſitā amittit. ⁊ ſic ſm quoſdam poſt annum nō efficiť verus poſſeſſor. ⁊ reus de malicia ſua commodum reportat. ne igiť cōtumax melioris cōditionis ꝙ̄ obediens exiſtat ſtatuit conciliū de canonica eqtate vt in caſu ꝑmiſſo actor anno elapſo verus efficiatur poſſeſſor. Nota ꝙ ille qui nō poſſidet fictione iuris ⁊ ꝓpter doli alterius poſſidere intelligiť. ita ꝙ anno elapſo verus eſt poſſeſſor. Jtem contumax puniri debet.

Ca. Jnter archiepm

**Uenerabilis.** bituriceñ. ⁊ archiepm burdegalē. queſtio vertebať de iure primacie. Ad petitionē bituriceñ. mandauit pa. burdegalē. vt ad initiū prime quadrageſime pemptorie ad pñtiam ſuā p ſe vel ꝓcuratorem ydoneū accederet rñſur⁹ dicto archiepo bituriceñ. ſup iure primacie qđ ſe ꝓponit habere in prouincia burdegaleñ. ad litem conteſtandam ⁊ ad alia oīa negocia pagenda que ipſi cauſe fuerint neceſſaria. et inſup mandat quibuſdā vt ad eundē terminū ſub forma ꝑmiſſa ⁊ pemptorie citent eundem. ⁊ ſi nō poterit inueniri ad eccleſiam ſuā trine citationis edictū publice proponant vel ꝓponi faciāt. Nota ꝓcuratorem talem mittendum qui poſſit litem conteſtari. ⁊ alia oīa neceſſaria cauſe expedire Jtem ſi aliquis nō inueniť ad locū vbi habitare conſueuit trine citationis edictū debet proponi ⁊ vltimum pemptorium.

## De eo qui mittitur in poſſeſſionē cauſe rei ſeruande.

## Titulus. xv.



Caſus. Prior ⁊ canonici

**Conſtitutis.** de giſeburna habebant queſtionem cum ꝑpoſito de bel ſup eccleſia de lamento. ad petitionem prioris. Cauſa cōmiſſa fuit qbuſdā iudicibus. Sꝫ qꝛ ꝑpoſitus fuit cōtumax miſſi fuerunt prior ⁊ frēs in poſſeſſionē eccleſie ꝑdicte cauſa rei ſeruande. Jnfra annū ꝑpoſitus non recuperauit poſſeſſionez. Uñ anno elapſo partes ꝓpter h̄ acceſſerunt ad pa. in cuius pñtia ſup poſſeſſione ꝑdicte eccleſie fuit aliq̄diu diſputatū. tandē p confeſſionē vtriuſqꝫ partis ꝯſtitit pape. ꝙ lꝫ in poſſeſſionē cā rei ſeruāde. dicti prior ⁊ frēs fuiſſent inducti. altera pars infra annū nō pñtitit cautionē ſtandi iuri lꝫ voluntatē habuit. et ipi cam parati fuerāt recipe. Uñ pa. adiudicauit poſſeſſionē dicte eccīe predictis fribus ſaluo iure ꝓprietatis ipſi ꝑpoſito. Nota ꝙ nō ſufficit volūtas in caſu iſto ſine facto Jtē q nō recuperat poſſeſſionē ꝓpter contumaciā amiſſam infra annū poſt annū nō recuperat ipſam. tū de ꝓprietate audiť.

Caſus. Jnter abbatiſſā ⁊

**Cum ſicut.** cōuentū ſctē trinitatis ex vna pte. et. p. ſubdyaconū ex altera corā abbatibꝫ taurineñ. ⁊ decomeñ. ⁊ archidiacono. chimeñ. iudicibus delegatis ſup eccīa de capiť. queſtio vertebať ꝓpter contumaciā. p. ſubdiaconi. iudices miſerť moniales in poſſeſſionē rei petite cā rei ſuāde. Sꝫ cū h̄ ad ſubdiaconi noticiā ꝑueniſſet ad archidyaconū ꝑdictū acceſſit offerens ei ſtandi iudicio cautionē qm̄ abbas de corinthe. ꝑfectus in angliā ⁊ abbas taurineñ. viā fuerat vniuerſe carnis ingreſſus poſſeſſionem infra annū nō potuit obtinere. Uñ dictus p. poſt annū acceſſit ad pa. petēs ſibi ſup h̄ ꝓuideri cū p ipm ñ ſtetit q̄minus poſſeſſionē recuperauit infra annū. Mādat pa. cuidā quatenus ſi ē ita recipiant a reo cautionē ſtandi iuri ⁊ ei reſtituant poſſeſſionē nō obſtante eo ꝙ annus ē elapſus. ſi p eū non ſtetit q̄minus infra annū ⁊ poſſeſſionē receperit ⁊ dederit cautionē. Nota ꝙ ſi p me nō ſtetit quominus faciā qđ debeo non eſt mihi imputandū. Jtē ſi nō poſſum habere copiā iudicis non currit mihi tp̄s ānale.

Ca. Abbas ſancti

**Cum veniſſent** angeli cāꝫ habebat ſup quadā poſſeſſione contra. p. galeñ. legatus illius ꝓuincie cām illā cōmiſit qbuſdaꝫ iudicibꝫ ſm ius ⁊ bonā cōſuetudinē illi⁹ terre terminandā. Sed cū iudices vellent ꝓcedere tm̄ ſm ius. ꝑfatus. p. ſe. ap. appellauit. ſed nihilominus iudices partē aduerſā in poſſeſſionē rerū petitarū cā rei ſeruande mitti decreuerunt ita ꝙ ſi vſqꝫ ad annū et diē pſtaret cautionē iudicio ſiſti ⁊ parti alteri. xxx. libras reſtitueret ꝓ expēſis reciperet poſſeſſionē candē. Poſtmodū legatus ille receſſit ⁊ alter legatus infra annū terrā illā eſt ingreſſus. corā quo dictus. p. obtulit cautionē ſtandi iuri ⁊ poſſeſſionē ſibi reſtitui poſtulauit paratus reſtituere expenſas vſqꝫ ad. vi. libras. ſed abbas volebat tātū. xxx. ⁊ ſic annus elapſus eſt. Uñ queſtio iſta ad dñm pa. eſt delata. corā quo hec et alia ꝓpoſita fuerunt. Dñs papa decreuit illū. p. in poſſeſſionē reducēdū prefatā cautionē ſtatuens vt ſi cōſuetudo quā allegabat laudabilis fuerit ad expenſas reſtituendas nō compellať. qꝛ ex h̄ apparet ꝙ bñ appellauit. ſi vero cōſuetudo laudabilis nō fuerit appellatio nō tenuit. vñ ad moderatas expenſas reſtituēdas abbati quas conſtiterit ipm ꝓpter h̄ feciſſe condēnať. No. ꝙ nō obſtat lapſus anni ad recuperandā poſſeſſionē ſi infra annū p illū nō ſtat q amiſit eam. Jtē appellatio legitima impedit traditionē poſſeſſionis ⁊ ſi nō eſt legitima nō impedit quominus deť.

Ca. Aliqs citatus

**Si aduerſarius.** fuit ad cām poſt citationē abſentauit ſe nullū dimittens ꝓcuratorē. queriť qualiter cōtra ipm ſit ꝓcedēdū. Rñdeť ꝙ denunciatio ad domū ipſius legitima debet fieri ⁊ ſi nꝫ apparet q defendat eū. actor in poſſeſſionē rei petite cā rei ſeruāde pōt induci. Nota ꝙ qlibet teneť dimittere ꝓcuratorē qui eum defendat alꝭ ꝓcedatur contra ipſum vt hic diciť.

## Ut lite pendente nihil innouetur.

## Titulus. xvi.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Ca. Archiep̄s
**Memoria.** eboꝛaceñ. ex pri
uilegio ap. ſe. faciebat crucē per
totam angliā añ ſe deferre. Pa
pa ad petitionē cantuarieñ. archiep̄i ꝓhi-
buit ꝑ lr̄as ſuas archiep̄o eboꝛaceñ. ne cru
cem deferre faceret añ ip̄m donec cogno-
ſceret an de iure hoc facere poſſet. Unde
eboꝛaceñ. cōqueſtus ē dño pa. qualiter ip̄ꝫ
pꝛiuauerat ſine cauſe cognitōe. Unde ipſe
ſcribit eidē eboꝛaceñ. ſtatuens vt nō obſtā
tibus lr̄is ꝓhibitionis ſibi facte ad petitio
nē cantuarieñ. faciat crucē añ ſe deferre ſi-
cut eſt ei cōceſſum ꝑ pꝛiuilegiū quouſqꝫ ꝑ
ſniam decernat an de iure hoc facere de-
beat. Nota ꝙ lite pendente nō eſt alicui
auferenda poſſeſſio.

Ca. Aliquis accuſat ma-
**Laudabilē.** trimoniū ꝓpter cōſangui
nitatē vl' aliud ꝑpetuū impedimentū. Que
rit an ſtatim carnale cōmerciū ſit ſuſpendē
dū. Et rñdetur ꝙ alteruter coniugū pꝛiua
ri nō debet iure qđ habet in altero añ fineꝫ
cauſe. Nota ꝙ lite pendēte vxoꝛ debito
iure pꝛiuari nō debꝫ. Itē nota ꝙ ille qui
ad mandatū eccleſie ſoluit debitum vxoꝛi
ſibi p̄iudicium non facit.

Sic p̄dē ca
**Eccleſia ſancte marie.** ſuꝫ ad vtrā
qꝫ decretalem. Eccleſia ſancte marie in via
lata mouit q̄ſtionē cōtra iohānē de athcia
ſuꝑ qbuſdā poſſeſſionibus corā. L. iudice
lite conteſ. idem Jo. poſſeſſiones illas trā-
ſtulit in monaſteriū ſancti ſilueſtri. demū ſe
natoꝛ romanus occaſiōe cuiuſdā ſtatuti in
quo continet qđ ſi qs rem litigioſam tranſ
fert lite pen. poſſeſſio auferat poſſeſſoꝛi et
det petitoꝛi. ſpoliauit monaſteriū poſſeſſio
nibus illis ⁊ eas reſtituit eccl'ie ſancte ma-
rie. poſtea ſentētia ſenatoꝛis fuit reuocata
et ſpoliata fuit eccl'ia ſancte marie ⁊ mona
ſteriū reſtitutū. lite illa pen. celeſtinus reuo
cauit cām ad p̄ſentiam ſuā. nō obſtāte illa re
uocatione. diuerſe ſnie late fuerunt ꝑ ſena
toꝛes qñqꝫ ꝓ eccl'ia qñqꝫ ꝓ mōaſterio. Ul
timo corā inno. petebat eccleſia ſancte ma
rie reſtōem illarū poſſeſſionū qbus iniuſte
fuerat ſpoliata ꝑ quendā conſiliariū capito
lij. Dñs pa. reuocauit in irritū qcquid fa-
ctum fuit ab alijs poſtq̄ꝫ celeſtinus reuoca
uit negociū ad curiā ſuā. ⁊ reſtituit eccl'iaꝫ
ſancte marie. ⁊ qꝛ poſſeſſiones ille fuerant
alij titulo locationis obligate poſt reſtituti
onē a iohanne de athcia. nec monaſterium
poterat recuperare illas vt eccl'iam reſtitu
eret. p̄cepit pa. ꝙ monachi poſſeſſiōes al's
equalentes prioꝛibus ſubſtituerēt loco pri
oꝛū qđ ⁊ factū fuit arbitrio bonoꝛū viroꝛū.
et ille ſubſtitute erāt pignoꝛi obligate. Pa
pa fecit illas liberari a creditoꝛibus q dño
pa. inſtra pignoꝛis reddiderūt. Demū pe-
tijt monaſteriū reſtōem illarū poſſeſſionuꝫ
cōtra ſniam ſenatoꝛis ⁊ inno. ip̄m reſtituit
circa ſniam illā p̄cipiens vt poſſeſſiones il
le ſubſtitute nō debeant alienari vt ſi eccia
illa voluerit agere de ꝓpꝛietate vl' de vicio
litigioſi cōtractus ſic ꝙ euincere valeat et
habere. Nota ex pꝛimo capl'o ꝙ res que
ſuccedit in locū alterius codeꝫ iure cenſet
cum illa. Itē lite pen. res litigioſa in aliū
transferri nō debet. Itē in ſequenti nota
ꝙ poſtq̄ꝫ ſuperioꝛ reuocat ad ſe negocium
qcquid fit poſtea ab inferioꝛi non tenet vñ
reuocari debet ſaltē de facto. Itē cū res
reſtitui nō p̄ōt in alio equalenti fieri debet
reſtitutio. Et iſte due decre. ſic diuiſe olim
erant vna decre.

Ca. Inter mgr̄m. a.
**Dilectus filius.** rectoꝛē eccl'ie de ba
ſcuilla ⁊ anteceſſoꝛē ipſius ex vna parte et
prioꝛē ⁊ monachos de baſcuilla ex altera
queſtio vertebat ſuꝑ decimis noualiū par
rochie ipſius rectoꝛis. lite pen. corā iudici
bus delegatis abbas ⁊ conuētus maioꝛis
monaſterij turoneñ. qbus prioꝛ ⁊ monachi
p̄dicti ſubſunt ꝓ ſe ⁊ membꝛis ſuis obtinu
erūt a ſe. ap. indulgentiā ſuꝑ hmōi decima
rum ꝑceptione. nulla mentōne facta in ip̄a
de hmōi q̄ſtione. occaſione de huiuſmōi in
dulgentie prioꝛ ⁊ monachi p̄fati decimas
ipſas ſibi vendicare cōtendunt. cū iudices
ſuꝑ hoc dubitarent dictus rectoꝛ h' ſignifi
cauit dño pa. Unū mandat qbuſdam quate
nus eiſdē iniungant. vt indulgentia nō ob
ſtante p̄dicta in negocio ipſo ꝓcedant iu-
xta traditā ſibi foꝛmā. No. ꝙ lite pen. pri



uilegium vel indulgentia ſuꝑ re litigioſa im
petrata mentione nō habita de queſtione
non valet.

De ſequeſtratiōe poſſeſſionū ⁊ fructuū.
Titulus. xvii.

Caſus. Inter ar-
**Ad hoc.** chiep̄m mediolañ
et abbatē de ſtregula ſuꝑ qbuſ-
dam poſſeſſionibus queſtio ver
tebat q̄ ad petitionem archiep̄i ſimpliciter
cōmiſſa fuit ep̄o veroneñ. corā quo intēta-
uit archiep̄s iudiciū poſſeſſoꝛiū ⁊ ipſe par-
tim ꝓ monaſterio partim ꝓ archiep̄o ſniaꝫ
ꝓmulgauit. quo facto ꝓcuratoꝛ monaſte-
rij iudicium pꝛopꝛietatis voluit intentare
ſuꝑ illis poſſeſſionibus de qbus archiep̄s
obtinuerat in iudicio poſſeſſorio. ſed archi
ep̄s rñdit iuriſdictōnē ep̄i expiraſſe aſſerēs
cām poſſeſſionis tm̄ ⁊ nō ꝓpꝛietatis fuiſſe
cōmiſſaꝫ. ⁊ ipſe ſemel officio ſuo functus fu
erat ſuꝑ ꝓpꝛietate vlterius cognoſcere nō
valebat. Sed cum archiep̄s nollet ꝓcura-
toꝛi monaſterij rñdere ep̄s ꝓpter cōtuma-
ciā archiep̄i miſit mōaſteriū in poſſeſſioneꝫ
que fuerat ꝑ ip̄m archiep̄o adiudicata cau
ſa rei ſeruande. ſed archiep̄s monaſterium
ab illa violenter eiecit. Cauſa iſta poſtmo-
dū delata eſt ad dñm pa. C. Cum ſuꝑ hoc
aliq̄ꝫdiu fuiſſet diſputatū. C. ſic fuit interp̄
tatus reſcriptū ꝙ tam cā poſſeſſionis q̄ꝫ ꝓ
pꝛietatis iudici fuerat delegata. cum abſo-
lute ⁊ indiſtincte cōmiſſa fuiſſet. ⁊ cōtinen-
tia cauſe diuidi nō deberet p̄dictā poſſeſſi
onē ꝓ arbitrio ſuo ſequeſtrari p̄cepit apud
vercelleñ. et nouarieñ. ep̄os dans in man-
datis ep̄o regino ⁊ mutineñ. vt de cā poſ-
ſeſſionis ⁊ ꝓpꝛietatis plene cognoſcerent
et decidant candē ⁊ poſſeſſionē illi parti aſ
ſignarent q̄ obtinebit in ꝓpꝛietatē. Tandē
partibus cōparentibus corā ep̄is regino ⁊
mutineñ. infra annū a tp̄e date poſſeſſiōis
ꝑ ep̄m veroñ. archiep̄s mediol'. cautionem
obtulit ſtandi iuri. Tandē cū ipſi ep̄i nō ꝓ
ceſſiſſent in cām partes ad dñm innoč. ha-
buerunt recurſum coraꝫ quo p̄dicta ⁊ alia
multa allegata fuerūt. reducens cām in eū
ſtatū in quo fuerat cū. C. cām ꝓpꝛietatis ⁊
poſſeſſionis ꝯmiſit regino ⁊ mutineñ. ep̄is
mandato ſequeſtratōis penitus reuocato.
et ne dñs pa. monaſterio in ſuo iure deeſſꝫ
ſtatuit ꝙ archiep̄s reſtituat monaſterio ex
penſas moderatas ab eo tp̄e quo ep̄ūs ve
roneñ. ip̄m monaſteriū in poſſeſſionē mitti
decreuit vſqꝫ ad tp̄s ſatiſfactōis oblate co
ram regiñ. ⁊ mutineñ. ep̄is ꝓpter h' factas
et ꝙ archiep̄s pꝛeſtet cautionē ſufficienteꝫ
iudicio ſtandi. Nota ꝙ qñ cā ſimpliciter
et indeterminate cōmittit iudiciū poſſeſſo
riū ⁊ petitoꝛiū cōmiſſuꝫ intelligit ⁊ ſi actoꝛ
intentauit poſſeſſoꝛiū ⁊ obtinuit reus etiā
p̄ōt intentare petitoꝛiū ſuꝑ poſſeſſionibus
in qbus ſuccubuit corā eodē iudice qꝛ cōti
nentia cauſe diuidi nō debet. Itē ſeque-
ſtratio fieri nō debet. Itē expenſe reficiē
de ſūt facte a tp̄e date poſſeſſionis vſqꝫ ad
tp̄s oblate cautionis q̄ facte ſunt ꝓpter h'.

Ca. Abbas ⁊ conuētus de
**Dilectus.** coleceſtria impetrauit lr̄as
ad quoſdā iudices delegatos cōtra recto-
rē eccl'ie de berencia ſuꝑ ipſa eccl'ia. Iudi-
ces ipſi qꝛ rectoꝛ p̄dictus cōtumax fuit mo
nachos induxerunt in poſſeſſioneꝫ eccleſie
ipſius cā cuſtodie. ⁊ qꝛ monachi fructus p̄
dicte eccie medio tp̄e ꝑceptos diſtrahebāt
dictus rectoꝛ ſignificauit hoc dño pa. Unū
mādat quatenus ſi eſt ita fructus p̄dictos
faciant ſequeſtrari. ⁊ ſi quid de ipſis diſtra
ctū eſt faciant in pꝛiſtinū ſtatum reuocari.
Nota caſum in quo fit ſequeſtratio. ⁊ hoc
ideo qꝛ fructus debēt reſtitui ſi reus infra
annū recuperauerit poſſeſſionem.

Ca. Aliquis appellauit a
**Ab eo qui.** ſnia contra ip̄m lata. ip̄e ce
pit diſſipare fructus poſſeſſionis. dr ꝙ fru
ctus ſunt ab ipſo ſequeſtrandi quouſqꝫ ap
pellationis cā fuerit terminata. Nota ca
ſum in quo fit ſequeſtratio.

De confeſſis. Titulus. xviij.

Caſus
**Ad monaſteriū.** Qui-
dam pꝛeſbyter confeſſus fuit ſe
cōmiſiſſe homicidiū ad ſuggeſti
onem quoꝛundā. querebat. vtrū illi ad con
feſſionē ſacerdotis ſint puniendi de illo ho
micidio. Rñdetur ꝙ nō niſi aliter hoc verū
eſſe conſtiterit. qꝛ vt dicunt iura canonica



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

et ciuilia nulli de ſe confeſſo credendū ē cōtra alios excepto crimine leſe maieſtatis ⁊ periculoſa confeſſio cōfitentis de ſe nō eſt aduerſus alios admittenda. Si tñ illi de ħ infamati ſūt cū tribus ſocijs ſui ordinis ſe purgare debent. Nota ꝙ nulli de ſe confeſſo credi debet in ꝑiudiciū aliorū. Itē confeſſio criminoſi nō eſt cōtra aliū admittenda. Itē infamatus debet ſe purgare.

Caſus. Duo electi fuerūt

**Cum ſup.** in eccleſia bethleemitana. In examinatione illarū electionū Guil. bethleemitanus canonicus fuit in iure cōfeſſus ꝙ ꝓſtando conſenſum electioni alterius recepit obligationē quingentorū ſaracenorū ⁊ mediator fuit ſimoniace prauitatis Unde dñs pa. depoſuit ipm̄ ꝑ diffinitiuā ſniam ab omni officio ⁊ beneficio eccleſiaſtico. Nota ꝙ ſimoniacus deponi debet vt hic dicitur.

Ca. Inter abbatem ⁊ con

**Ex parte.** uentuꝫ ſancti. M. ex parte vna ⁊. G. noīe vxoris ſue corā iudice viterbieñ. queſtio vertebaẗ. Sindicus monaſterij confeſſus fuit quedā in iure ꝑ errorē ex qbus monachi timent ſibi ꝑiudicium generari. Abbas ⁊ conuentus ſignificauerūt ħ dño pa. petentes ſibi contra hmōi confeſſionē ꝓuideri. Scribit pa. illi iudici viterbiē. dicens ꝙ negocio nondū finito error facti nemini nocet. Unde mādat eidem ꝙ ſi de hmōi errore poterint edocere nullū ſibi ſuper hoc preiudiciū genereẗ. Nota ꝙ error facti non nocet dūmodo ante ſniam error probetur.

**De probationibus. Ti. xix.**

Ca.

**Ex epiſtole verbis.** Inter iuſtinianū principē ⁊ anceſſores tancredi regis quedā pacta facta fuerunt. in qbus continebaẗ ꝙ anceſſores ipſius tancredi ⁊ ipſe quedā obſequia debebant impatori in quorū poſſeſſione erat impator. Iſte rex tancredus ignorabat illa pacta. Uñ petijt a dño pa. greg. vt ſcriberet imperatori vt ipſe inqreret pacta illa ī cartophilatio ſuo ⁊ faceret inde copiam ſibi vt ꝑ hoc colligeret qd deberet facere impatori ⁊ quid impator ei ſeruare deberet. Sup hoc rñdit pa. regi tancredo dicens ꝙ illud facere nō pōt. qꝛ nulli dicēdū eſt. ea q̄ contra te ſunt apud teipm̄ debes reqrere documenta ⁊ in medium ꝓferre. Nota ꝙ reus non teneẗ dare actori inſtrā ſua cōtra ſe ſed actor debet habere ſuas ꝓbationes. nec econtra actor teneẗ dare reo inſtrā defenſiōis. cōia tñ inſtrā alter alteri dare tenetur.

Ca. Conſuetu

**Sicut conſuetudo.** do erat in quadam terra ꝙ cū aliqs intentionē ſuā fundauerat teſtibus vel inſtrīs nihilominus deferebaẗ ei ſacrm̄. qđ ſi ꝓſtaret nollet fides ꝓbatiōibus ſuis nō adhibebaẗ. Dicit pa. ꝙ ad hmōi iuramentū recurrendū eſt tūc demū cum alie legitime ꝓbationes deeſſe noſcunẗ. vñ talem conſuetudinem reprobat. Nota iuramentū in defectū ꝓbationū preſtādū. Itē cōſuetudo ħ nō ꝑiudicat iuri.

Caſus epũs bonoñ.

**Ex litteris tuis.** ⁊ archidiaconus eiꝰ confines habebant prebēdas in villis ſiue terris quas ipſi habebant ꝓtextu terminorū ſiue finiū. Inter eos orta eſt controuerſia. dicebat epũs archidiaconū fines antiqs egreſſum ⁊ occupaſſe partē fundi ſui. Archidyaconus incontrariū aſſerebat ſe partem eandē ſpacio. xl. annorū incōcuſſe poſſediſſe. ⁊ epũs eodē modo dicebat ſe eandē partē ꝑ idem tp̄us poſſediſſe. queriẗ cui incumbat ꝓbatio. vtrū poſſeſſori an petitori. Rñdet pa. ꝙ iudiciū finiū regūdorū tale ē vt in eo vtraqꝫ ꝑſona vices habeat duorū actoris vicꝫ ⁊ rei. Uñ hincinde teſtes ꝓduci poſſunt ad fidem faciendā iudici ⁊ illos admittat q melius ꝓbauerit. ⁊ ſi teſtes vtriuſqꝫ partis equales fuerint teſtes poſſeſſoris ꝓualebūt. qꝛ ꝓmptiora ſunt iura ad abſoluendū q̄ȝ ad condēnandū. ꝓterq̄ȝ in cauſa liberali in qua ſi teſtes equales fuerit ꝓ libertate ſētētiabiẗ. In fine rñdet quaſi tacite queſtioni. Diceret aliqs quare debet ꝓbare poſſeſſor ⁊ ipſe rñdet. iure cautū eſt ꝓbationē aliqū dari poſſeſſori. qꝛ ⁊ q obijcit ꝓſcriptionē ⁊ eam ꝓbauerit obtinebit ſed nemo eaꝫ obijcit niſi q poſſidet. Nota ꝙ in iudicio de finibus vterqꝫ dr̄ actor et reus. vñ vterqꝫ ꝓbare debet ac defendere Itē ꝓmptiora ſunt iura ad abſoluendū q̄ȝ ad condēnandū. Itē cum ꝓbationes eq̄les ſunt abſoluiẗ reus niſi in libertate. Itē q obijcit ꝓſcriptionē eam ꝓbare debet.

Caſus. Inter. O. virū

**Propoſuiſti.** et. S. mulierē coraꝫ delegatis iudicibꝫ mr̄ionij qđ vertebaẗ. coraꝫ quibus mulier ꝓponebat ſe nec a viro cognitā nec potuiſſe cognoſci. qđ tam ꝓprio iuramento q̄ȝ iuramento ſeptē mulierū ꝓbauit que ꝑ aſpectū corꝑis eam eſſe virginē aſſeruerant. viro ꝑ ſuū iuramentū in cōtrariū aſſerente. queriẗ cui ſit fides potius adhibenda. Rñdetur ꝙ iuramento puelle et teſtimonijs illarū ſepteꝫ mulierū potius eſt credēdū Nota probationē ꝑ aſpectuꝫ corꝑis ꝓualere iuramento viri carnalē copulam aſſerentis.

Ca. Quidaꝫ canonicus

**Tertio loco.** regularis ſub noīe capituli ſui fecit quandā alienationē quarundā rerū eccleſie immobiliū cuidā amico ſuo. ⁊ inſtrm̄ alienationis ſignauit ſigillo capituli ꝑ quod inſtrm̄ ille amicus dicebat in iudicio intentioneꝫ ſuā fundatā. ꝓcurator monaſterij aſſerebat inſtrm̄ illud de conſenſu capituli nō fuiſſe confectū ⁊ adulterinū vel furtiuū eſſe ſigillū. ⁊ ad hoc probandū induxit fratres illius vniuerſitatis in teſteẗ. q iurati dixerunt ꝙ quotiens de ħ inter fratres mentio erat conſiliū totius cōuentus et vox fuit vnanimis ꝙ nolebant alienationē illarū rerū. ſed illas integras ſeruare volebant. ſed cōtra hoc pars aduerſa nihil ꝓbauit. queriẗ cui probationi ſit ſtandū. Reſpondeẗ ꝙ ſm̄ aſſertionē teſtiū eſt iudicandum. Nota ꝙ teſtes ꝓualent inſtrō. Itē negatiua hic indirecte probaẗ. Itē mōachi ⁊ clerici pro ſua eccl'ia poſſūt teſtificari

Ca. Quidā iurauit ꝙ quan

**Iurauit** dam accipet in vxorē. ſed duꝫ vellet eaꝫ traducere quidā iuramētis ſcđm morem exhibitis legitime in iudicio probauerunt illos quinto conſanguinitatis gradu adinuicē attinere teſtibus corā partibꝫ publicatis. Quidā alius volebat probare ꝙ nullo cōſanguinitatis gradu ſe attingūt queriẗ quid in hoc caſu ſit agendum. Rñdetur ꝙ ſtandum eſt ꝓbationi priori. Nota ꝙ teſtibus publicatis etiam in cauſa matrimoniali ſup eodem articulo nō ſunt alij teſtes recipiendi.

Ca. Aliquis dum

**Poſt ceſſionem.** erat excōicatus fuit conſtitutus ꝓcurator in quadaꝫ cā. Ille cōparuit in iudicio. Obiectuꝫ fuit ei ꝙ nō erat admittendus cum eo tp̄e quo datus fuit ꝓcurator excōicatus erat. ⁊ hoc ꝓbatum fuit ꝑ lr̄as ordinarij ſui. qꝛ lr̄is ordinarij ſtandū eſt donec probeẗ cōtrariū. Dñs papa ipm̄ tanq̄ȝ ꝓcuratorem non admiſit. Nota ꝙ eo tp̄e quo quis ē excōicatus nō pōt conſtitui ꝓcurator ⁊ ſi cōſtituaẗ nō valet etiā ſi poſtea fuerit abſolutus.

Ca. Inter. G. ⁊. B. fra

**In preſentia.** tres ex vna parte. ⁊ monaſteriū caſſemarij ex altera vertebaẗ queſtio ſup bonis quondā. A. fratris dictorū. G. et B. Datus fuit eis quidā cardinalis auditor. coraꝫ quo dicti fratres ꝓponebāt ꝙ cum. A. frater ipſorū cōderet teſtm̄. M. filiū ſuum ſibi heredem inſtituit. ⁊ ei precepit vt ſi abſqꝫ liberis moreref. ad ipſos bona deuolueren̄ ipſius. Unde poſtulabant omnia illa ſibi reſtitui que monaſteriuꝫ de bonis illis detinebat ⁊ petebant monaſteriū compelli ne decetero ipſos ſup bonis alijs moleſtaret. Sindicus vero monaſterij ꝓpoſuit ex aduerſo ꝙ ꝓdictus. M. ſe ⁊ ſua obtulerat monaſterio vñ vniuerſa que habuerat erant ad monaſteriū deuoluta. quare petebat omnia que de bonis ipſius. M inuaſerant reſtitui monaſterio ⁊ ſuper alijs eis ſilentiū imponi. Ad hoc pars dictoruꝫ fratrū replicabat ꝙ dictus. M. oblationis ſue tp̄e fuerat minor annis. ⁊ illud fecerat feruore infirmitatis. ⁊ poſt conualeſcentiā qđ fecerat reuocauit. vnde cum ſine liberiſ deceſſiſſet ad ipſos bona ipſius erant deuoluta. Ad hoc rñdit ſindicus monaſterij ꝙ licet dictus. M. de monaſterio receſſiſſet eidem obtulit poſtmodū ſe ⁊ ſua firmās ꝓprio iuramento ꝙ vlterius contra oblationē ſuam nō veniret. Uñ cum idem. M.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

bis obtulerit ſe ⁊ ſua monaſterio.nec ex ad
uerſo probet̃ ꝙ tp̄e vtriuſq; oblatiõis fue
rit minor annis.monachorũ probationem
hm̃õi exceptionis probatio nõ elidit. quia
et ſi fuit minor annis tp̄e prime oblationis
tp̄e tñ ſecunde maior potuit extitiſſe. Pre
terea verbũ illud minor annis duobus mo
dis poteſt intelligi.vnde verbum dubium
intentioni monaſterij nõ nocebat. cum in-
fra.xxv.annos teneret donatio maxime iu
ramento firmata. Nec intelligendus erat
dictus.M.ſine herede decedere qui mo-
naſteriũ ſibi inſtituerat heredem.His ⁊ a-
lijs cõſideratis.H.ſancti euſtachij dyaco-
nus cardinalis videns ꝙ ſindicus mona-
ſterij plene fundauerat intentionẽ ſuam.et
ex aduerſo nihil probatũ fuerat.de manda
to dñi pa.ſententiã promulgauit predictus.
G.et.B.ſilentiũ imponens ſup his que a
monaſterio poſtulabant.⁊ condẽnauit eoſ
dem ad reſtitutionẽ illorũ que de bonis p̄
dicti.M.occuparãt.⁊ dñs papa hanc ſen
tentiã confirmauit. Nota ꝙ nõ dicit̃ de
cedere ſine herede qui monaſteriũ ſibi he-
redem inſtituit. Item verbum illud mi-
nor annis duobus modis intelligit̃.⁊ ideo
dubia probatio nõ dicit̃ probatio.quia qui
ſic probat non conſtat de qua etate ſit pro
batũ ⁊ ideo clara ⁊ certa debet eſſe proba
tio ⁊ nõ dubia.

Caſus. Inter archie-
**Licet cauſam.** piſcopũ rauenateñ.ex
vna parte ⁊ cõmune fauentie ex altera que
ſtio vertebat̃ ſup iuriſdictiõe honore ac di
ſtrictu in villa ſancti petri.ac quibuſdã ca-
ſtris ⁊ terris alijs que de iure ad rauena-
teñ.eccleſiã ptinebant.Procuratores vtri
uſq; partis ꝓpter hoc ad ſedem ap.acceſſe
runt lite conteſ.ſup predictis p procurato
res predictos ⁊ iuramẽto calũnie preſtito.
quia vtriq; parti erat plurimũ oneroſum te
ſtes ꝓducere coram pa.mandauit pa.epõ
placentino vt infra tres menſes teſtes reci
peret quos vtraq; pars tam ſup principali
negocio q̃ȝ in pſonas teſtiũ duceret ꝓducẽ
dos.ſtatuendo partibus terminuȝ in quo
cum atteſtatõibus apud ſe.apo.ſe pñtent.
Tandẽ partes cũ atteſtationibus cõparue

runt corã dño pa.Atteſtatõnibus publica
tis ſindicus fauentinorũ ꝓpoſuit ſe velle in
pſonas teſtiũ ex parte altera ꝓductorũ que
dam obijcere ac ꝓbare.Sindicus archiepı̄
econtra rñdit id fieri nõ debere.Papa in-
terloquendo decreuit ip̄m nõ eſſe audien-
dum cum infra tres menſes ꝓut in lr̃is dñi
pa.mandabat̃ id facere nõ curauit.Poſt h̃
ſindicus predictus obiecit in teſtes predi-
ctos ꝙ corrupti falſa dixiſſent.Papa q: ta
lis exceptio nõ ſolum ante ſn̄iam ſed etiam
poſt põt opponi q̃ȝuis crederet̃ ꝙ talis ex
ceptio p excogitatã maliciam ad differen-
dum negociũ ꝓponeret̃.eam admiſit.man
dans quibuſdam iudicibus vt teſtes quos
ſup hac exceptione procurator fauent̃. du
ceret ꝓducendos reciperent infra menſeȝ
indulto extunc altero menſe ꝓcuratori ec-
cleſie rauenateñ.infra quẽ ad reprobatio-
nẽ illorũ teſtes produceret coram eis. Iu-
dices p̄dicti receptis teſtibus p̄dictis atte
ſtationes ad dñm pa.remiſerũt prout rece
perant in mandatis.Poſt hoc dñs pa.ex-
aminauit teſtes hinc et inde ꝓductos. Et
q̃ȝuis pars fauentinorũ multos teſtes pro
duxerit ſup negocio principali.vix tñ ex il-
lis ſex tantũmodo remanſerunt.quia qdaȝ
ſibimet contradicunt in ſerie ſui dicti.⁊ qui
dam alij ſũt in ſuis teſtimonijs ſingulares
et alij qui inducti fuerãt ad ꝓbandũ teſtes
eccleſie rauenateñ.plures reprobant̃.quia
ſibiinuicẽ contradicunt.⁊ alij licȝ pauci nu
mero male fame ſunt ⁊ leuis opinionis.Et
ex alia cã etiam repellunt̃.quia non ꝓbant
id ad quod corũ ſindicus ſe aſtrinxit videli
cet ꝙ corrupti falſa dixiſſent. quia et ſi de
corruptione aliqua videant̃ dixiſſe de falſi
tate nihil dicunt. Ex p̄miſſis apparet eui-
dẽter ꝙ eccleſia p teſtes plures quibus po
tius lux veritatis aſſiſtit ſufficienter ꝓbauit
ꝙ a ſexaginta annis ⁊ citra ſupradicta loca
poſſedit.p qđ patet ꝙ ſi fauent.a.l.annis ⁊
citra vt teſtes ſui vident̃ deponere aliqua
pceperunt in locis p̄dictis illa inceperunt
pcipere ſine iuſto titulo.⁊ duo inſil' ⁊ eodẽ
modo inſolidum eandem rem poſſidere nõ
poſſunt.⁊ fauentini.ti.nõ oſtendant.ſed ex
priuilegijs imperatorũ ⁊ romanorũ ponti-



ficũ conceſſis eccl'ie rauenat̃.colligit̃ mani
feſte poſſeſſionẽ eccleſię in p̄dictis iuſtã fu
iſſe.⁊ ita p cõſequens apparet ꝙ fauentini
minus iuſte ⁊ ſine titulo aliqua in locis p̄-
dictis occuparunt.Quia vero ſindicus ec
cleſie petijt cõe fauentie a vi turbatiua ſeu
inqetiua ſup p̄miſſis ꝓhiberi.papa videns
in hoc caſu nõ ſic eẽ locũ interdicto vti poſ
ſidetis ita poſſideatis.cuȝ ꝓbatiões eccl'ie
rauenat̃.lõge ſint potiores ⁊ ideo ſic inter-
dicto ſupior.condẽnauit cõe fauẽtie ipſi ec
cleſie ſup iuriſdictõe honore atq; diſtrictu
et alijs generaliter ptinentibus ad h̃ in lo-
cis p̄dictis quo ad poſſeſſoriũ iudiciũ quo
tantũmodo actũ eſt ſibi ppetuũ ſilentiũ im
ponentes ⁊ ꝓhibentes eiſdem vt neq; p ſe
neq; p alios ſupra p̄dictis p̄ſumant aliqua
tenus ecciaȝ moleſtare Nota ꝙ exceptio
falſi añ ſn̄iam ⁊ poſt põt opponi. Itẽ te-
ſtis q contradicit ſibi nõ valet. Itẽ teſtis
ſingularis nõ valet. Itẽ teſtibus male fa
me nõ eſt credendũ vel ſaltẽ modica fides
eſt adhibenda. Itẽ q aſtrinxit ſe ad plura
ꝓbãda nõ ſufficit ſi alterũ ꝓbet. Itẽ duo
inſil' eandẽ rem ⁊ eodẽ modo inſolidũ poſſi
dere nõ poſſunt. Itẽ interdicto vti poſſi
detis vincit q poſſeſſionẽ ⁊ titulũ oſtendit.

Ca.Quidam ciuis tiberti-
**Per tuas.** nus.T.noĩe q̃ndam cõcu-
binã tenuit p ſeptenniũ. nec interim ꝓlem
ſuſcepit ex ea.poſtmodũ vero ab ipſo rece-
dens ad ip̄m nõ poſt multũ tp̄s eſt reuerſa
et in domo ipſius filiũ peperit dicens ſe il-
lũ ſuſcepiſſe ex eo. ipſe tñ dicebat ꝙ filius
eius nõ fuiſſet cũ p ſeptenniũ ſtetiſſet cũ eo
nec cõcepiſſet ex illo.tandẽ deuictus inſtã-
tia mulieris ſuũ filiũ recognouit.Cum aũt
dictus filius.R.noĩe ad etatẽ virilem puę
niſſet ſubarrauit ſophiã neptẽ ipſius.T.et
carnaliter cognouit eandẽ.Poſtmodũ mr̃
ipſius.R.cepit corã multis publice cõfite-
ri iurãs ꝙ.R.filius eius dictã ſophiã nul-
la cõſanguinitatis linea attinebat affirmãs
p idem iuramentũ ſe illũ de alio q̃ȝ de p̄di
cto.T.ſuſcepiſſe.querebat̃ an dicto mulie
ris eſſet ſtandũ vt ſic idẽ.R.ſophiam habe
re valeat in vxorẽ.Rñdit pa.q: mulier illa
p̄mo aſſeruit ſe dictũ.r.de p̄fato.T.ſuſce-

piſſe.⁊ idem.T.ad inſtantiã illius ſuũ filiũ
recognouit.⁊ filius illius nõiatus cõiter
fuit ⁊ habitus ab vtroq;.iuramento illius
poſtmodũ in contrariũ preſtito nõ eſt ſtan
dum q: nimis indignũ eſt vt qđ quiſq; ſua
voce dilucide ꝓteſtatus eſt in eundẽ caſuȝ
ꝓprio valeat teſtimonio infirmare. Vñ p
conſequẽs apparet ꝙ p̄dictus.R.ſophiaȝ
neptẽ dicti.T.cuius prima facie p̄ſumitur
cõſobrinus habere ñ põt aliq̃tenus in vxo
rem. Nota ꝙ primo dicto alicuius ſtan
dum eſt etiã ſi poſtea in cõtrariũ velit iura
re.⁊ valet ad teſtes ſi ex interuallo vellent
mutare dictũ ſuũ. Itẽ qđ qſq; ꝓpria vo
ce cõfitet̃ in eundẽ caſum infirmare nõ põt

Ca.Quidam iudi
**Quoniã contra.** ces aliqñ in p̄iudi-
ciũ alterius partis aliqua aſſerebant ita ꝙ
litigator veram negatiuã cõtra aſſertioneȝ
iniqui iudicis ꝓbare ñ poterat ne ergo fal
ſitas p̄iudicet veritati.et iniqtas equitati.
ſtatuit conciliũ vt tam ordinario iudicio q̃ȝ
extraordinario iudex habeat ſemp aut pu-
blicam pſonã ſi põt aut duos ydoneos vi
ros q fideliter vniuerſa iudicij acta conſcri
bant.videlicet citationes.dilatões.⁊ oĩa
que in lr̃a p ordinem explicant̃.deſignãdo
loca ⁊ tp̄a ⁊ pſonas.⁊ oĩa ſic cõſcripta par
tibus tribuant̃ ita ꝙ originalia penes ſcri-
ptores vel iudices remaneãt.vt ſi ſup pro-
ceſſu iudicij orta fuerit dubitatio.per acta
poſſit veritas declarari.ita videlicet vt ſic
honeſtis ⁊ diſcretis iudicibus deferat̃. ꝙ
p iniquos innocentiũ iuſticia nõ ledat̃.Iu
dex vero qui conſtitutionẽ iſtaȝ neglexerit
obſeruare ſi ꝓpter ipſius negligentiã aliqđ
difficultatis emerſerit p ſuperiorẽ pena de
bita caſtiget̃.nec ꝓ ipſius p̄ſumat̃ ꝓceſſu.
niſi quatenus in cã legitimis cõſtiterit do
cumentis. Nota quicquid hic dr̃ notabi
liter eſt notandum.

Ca.In regno dacie lex ta
**Ad noſtrã.** lis ſiue conſuetudo ſerua-
bat̃ ꝙ ſi aliqui de criminibus accuſabant̃
que p legitimos teſtes ꝓbari poterant cõ-
tra ipſos reputabantur immunes dũmo
do valebant ſe purgare quoq̃modo.ſacer-
dotes ⁊ clerici dacie huic legi innitebant̃.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

peruenit hoc ad noticiã dñi pa. ipſe volẽs
vt hec malã conſuetudo q̃ eſt cõtraria omi
iuri extirpeꝛ a clero. mãdat quatenus in ꝓ
batione hmõi negatiue nullus audiaꝛ. dū
tñ ex aduerſo poſſit affirmatiua ꝓbari. No
ta cõſuetudinẽ nõ valere cõtra iuris ordi-
nem. Itẽ affirmatiua preualet negatiue.

Caſus. Inter colubrieñ. ⁊
**Cum cãm**. egitañ. epõs vertebaꝛ que
ſtio ſup limitatõe ſuarũ dioceſiũ. Papa cõ
miſit cãm illam quibuſdam iudicibus man
dans eiſdẽ quatenus in negocio ipſo ꝓce
dant ſm diuiſiones q̃ p libros antiquos vl'
alio modo melius ꝓbabunꝛ. ⁊ p teſtes ⁊ fa
mam ⁊ p alia queciiqȝ adminicula. No.
qualiter fines ꝓbantur. Item que nõ ꝓ-
ſunt ſingula collecta proſunt.

Ca. Quedam
**Cauſa matrimonii**. puella cõtraxit
matrimoniũ cũ quodã iuuene. ⁊ traducta
ab ipſo tandẽ receſſit ab eo ⁊ intrauit mo-
naſteriũ ſe virginem ⁊ monachã aſſeuerãs
Iuuenis ꝑdictus repetebat eandẽ dicens
ꝙ eam carnaliter cognouiſſꝫ. Illa econtra
virginẽ ſe eſſe ac monachã aſſerebat. Mu
lier ꝓpter hoc educta fuit de monaſterio ⁊
induxit quaſdã mulieres ad probandũ per
aſpectũ corpis virginitatẽ. Tandẽ vir vo-
lebat reprobare mulieres illas q̃ inducte fu
erant cõtra ipm. Mulier vero dicebat ꝙ ti
mebat violentiã ſibi fieri ab illo. Cõſultus
pa. ſup hoc negocio mandat qbuſdã iudici
bus quatenus puellã illam ponant interiꝫ
in illo mõaſterio qđ intrauit. vt ibi vſqȝ ad
finem cauſe valeat ſecure morari. recepturi
poſtmodũ nõ ſolum ꝓbationes viri quas
inducere voluerit cõtra mulieres illas q̃s
induxit puella ad ꝓbandam virginitatẽ ve
rum etiã alias ꝓbationes hoc negociũ cõ-
tingentes quas vtraqȝ pars duxerit ꝓdu-
cendas. ⁊ qꝛ dicit canon ꝙ manus et ocu-
lus obſtetricũ ſepe falliꝛ. mandat vt adhuc
honeſtas matronas ⁊ in hoc prudẽtes de-
putare procurent ad inquirendũ vtrum di
cta puella virginitatis priuilegio ſit muni-
ta. Nota ꝙ iudex debet locũ ſecurũ ꝓui
dere partibus. Itẽ omnes ꝓbationes q̃
tangunt negociũ ſunt admittende. Iteꝫ
mulier inſpecta iterum inſpiciꝛ. ſed iſtud fit
propter periculũ animarũ ne decipiaꝛ ⁊ qꝛ
oculus ⁊ manus ſepe fallitur.

Caſus. Inter epm merſ
**Cum bone**. burgeñ. ex vna parte. et
abbatem ⁊ conuentũ bigameñ. monaſterij
ſup ſtatu ipſius monaſterij ⁊ quibuſdã ſpo
liationibus cõtra abbatem factis a ꝑdicto
epõ. queſtio vertebaꝛ. Sup his cã cõmiſſa
fuit quibuſdã iudicibus coraꝫ quibus litis
conteſ. facta fuit ꝓut partes confitebanꝛ ⁊
ꝓceſſum in cã. ſed nõ terminarunt eandeꝫ
aliqbus cauſis impediẽtibus vl' ipſam cau
ſam remiſerunt ad dñm pa. Poſtea papa
cãm eandẽ cõmiſit iudicibus iſtis mãdans
eiſdem quatenus acta originalia que apud
priores iudices remanſerunt debeant inq
rere diligenter. ⁊ ipſa ſi poterunt inueniri
et ſi qua alia partes duxerint legitime pro
ponenda in ſcriptis redacta ad pñtiam pa.
remittant. ſi vero acta inueniri nõ poterũt
cum nõ reuoceꝛ in dubiũ de conteſtatione
litis ſup ſtatu monaſterij ⁊ ſpoliationibus
ꝑdictis. recipiant ꝓbationes partiũ de no
uo ⁊ audiãt ſi partes voluerint tractare de
cõpoſitione. ⁊ quod ſup hoc inuenerint et
cauſam ſufficienter inſtructã ad eum remit
tant. Nota ꝙ acta prioris iudicij danda
ſunt iudicibus alijs ad quos cã ꝑuenerit ⁊
poſſunt ad hoc compelli. Item p confeſ
ſiones partiũ conſtat de conteſtatiõe litis
licet nõ reperiaꝛ in actis ex quo partes con
fitentur.

## De teſtibus ⁊ atteſtationibus.

### Titulus. xix.

Caſus. Tria dicunꝛ
**Lacuit**. in hoc capitulo. Pri
mũ ꝙ teſtis nõ ferat teſtimoniũ
pro precio. Scđm ꝙ talis debꝫ
eſſe teſtis cui nulla poſſit opponi exceptio.
Tercium ꝙ ieiunus debet ferre teſtimoni
um. Nota ꝙ teſtis cõducticius repelliꝛ.
Item ydoneus debet eſſe teſtis cui nulla
poſſit opponi exceptio.

Caſus. Capitulũ
**In nomine dñi**. iſtud loquiꝛ de ma
teria illius decre. ij. q. i. in primis. Epõs qui
dã dicebat ꝙ eo abſente viliſſimi teſtes re
cepti fuerint cõtra ipm. vñ nõ debebãt ſibi
ꝑiudicare. Vñ conqſtus fuit dño pa. Et ip
ſe rñdit ꝙ ſi ita eſt nulliuſ momẽti ſũt hmõi
teſtes ⁊ ꝙ ita ſit ꝓbat p legẽ vbi dꝛ. Ne po
ſtea obijciaꝛ teſtibus ꝙ p vnaꝫ partẽ geſta
ſunt optet vt teſtimonia denꝛ aduerſario a
iudice monito vt veniat ⁊ audiat teſtes. Si
vero venire noluerit iuſto impedimẽto caſ
ſante valebunt ac ſi vtraqȝ pars pñs fuiſſet
Ex qua lege argumentaꝛ pa. Ecce admo-
nẽdus ẽ ſemp aduerſarius vt veniat ad au
diendos teſtes ⁊ qꝛ ħ hic omiſſum eſt firmi
tatẽ nõ obtinet. No. ꝙ legẽ poſſumus al
legare ꝓ nobis. Itẽ teſtes recepti altera
parte abſente ⁊ nõ citata nõ valent.

Ca. Quidã ſacer-
**Quoniã aliqua**. dos erat infamat⁹
de qbuſdã mulieribus. nunciatũ fuit ħ dño
pa. Mandat pa. defenſori ſardine vt cũcta
diligenter inquirat. ⁊ mulieres illas cum q
bus diciꝛ deliquiſſe ſeu alios q de hac cau
ſa aliquid ſcire dicunꝛ ad dñm pa. adducat
vt de ꝑdictis exceſſibus veritas inquiraꝛ.
Nota ꝙ in cã denunciatõis oẽs admittun
tur non tñ inimici vel criminoſi. ⁊ mulieres
cum quibus delinquiꝛ ſed ad ꝑſumptionẽ
tantũ inducuntur.

Ca. In hoc ca-
**In omni negocio**. pitulo tradiꝛ for
ma ſm quã debꝫ aliqs denunciare crimen
alterius qui aliũ vult denunciare. Primo
admoneat illũ inter ſe ⁊ ipm ſolũ. ⁊ habebiꝛ
ꝓ vno teſte quantũ ad ꝓbandũ admonitio
nem. ⁊ ſi nõ corrigiꝛ adhibeat vnũ ſecum. ⁊
ſic erunt duo teſtes. ⁊ ſi adhuc ſe non corri
git adhibeat duos ⁊ erunt tres teſtes. ⁊ ħ
probaꝛ autoritate dñi dicentis. Si pecca-
uerit in te frater tuus corripe eũ inter te et
ipum ſolũ ⁊c. vt in ore duorũ vel trium ſtet
omne verbum. Et alibi dicit. Ego ſum qui
teſtimoniũ ꝑhibeo de meipſo ⁊ teſtimoniũ
ꝑhibet de me pater. quia duorũ hoim teſti
moniũ verum eſt. Nota capitulũ iſtud in
telligendum eſt in denunciatione.

Ca. Qñ aliq volũt ſepari
**Quotiens**. ꝓpꝛ ꝯſanguitatẽ. ꝯſangui
tas illa dꝫ probari p duos vel p tres teſtes
de illa cõſanguitate. vel ſi conſanguinei nõ
ſuperſunt debet probari p meliores ⁊ anti
quiores eiuſdẽ loci. ⁊ debent iurare ꝙ nõ
odio vel amore vel aliquo cõmodo qđ ha-
buerunt vel habeant vel habituri ſunt ad ħ
iuramentũ accedunt. ⁊ ſicut dicunt rei veri
tatem a ſuis maioribus acceperũt ⁊ credũt
ita eſſe.

Ca. Prior ⁊ frẽs ſancte tri-
**Inſuper**. nitatis petiuerunt. vtrũ pro-
ducere poſſũt de fratribus ſuis in teſtimo-
niũ in cauſis eccleſie ſue. Statuit pa. ꝙ lice
at eis hoc facere dũmodo vnus aut duo in
ſtituanꝛ ad agendũ ⁊ rñdendũ. ⁊ tunc coꝝ
teſtioniũ in cauſis in qbꝫ inſtituti ſũt nõ dꝫ
admitti. Nota ꝙ clerici poſſunt ferre te-
ſtimoniũ in cauſis eccleſiarũ ſuarum. Itẽ
nõ poteſt quis in eadẽ cauſa eẽ ꝓcurator ⁊
teſtis.

Ca. Quidã pſbyter noie. A
**Ex parte**. quandã ecciaꝫ canonice ade
ptus eſt vt dicebat. ⁊ eam. xxx. annis ⁊ am-
plius poſſedit in pace. Tandẽ quidam mi-
les tacito ꝙ eſſet laicus contra ipſum lr̃as
impetrauit ad quoſdam iudices vt ſi cõſta
ret ꝙ dictus pſbyter filius fuiſſet illius qui
ꝓximo in eadem eccleſia miniſtrauit vel ꝙ
publice haberet focariã ipm a predicta ec-
cleſia remouerent. Coram quibus dictus
pſbyter p ꝓcuratorem militis tractus fuit
in cãm qui quoſdã teſtes infames ⁊ notabi
les ad teſtimoniũ ꝓduxit. Sacerdos aſſe-
rebat illos nõ eſſe recipiendos ꝓ eo ꝙ qui
dam eorũ erant latrones ⁊ raptores mani
feſti dicens ſe hoc probaturũ. Iudices ni-
hilominus teſtibus talibꝫ receptis poſt ap
pellationẽ a dicto preſbytero interpoſitaꝫ
priuauerunt ipm preſcripta eccleſia. quam
quidam dapifer. I. filius ipſius militis de
tinet occupatam. Quo facto preſbyter con
queſtus fuit dño pape. Unde mandat qui
buſdam quatenus ſi conſtiterit eiſdẽ ꝙ di
ctus preſbyter nõ fuerit p teſtes ydoneos
dicta eccia ſpoliatus. caſſata ſnia ꝑdictoꝝ
iudicum non obſtantibus etiam literis cõ-
firmationis ſi que ſuper eccleſia impetrate
fuerunt reſtituant eccleſiam preſbytero ꝑ-
fato. nec eum permittant exinde moleſtari.
Si vero nõ ſunt vera que ſacerdos narra-



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

nit ſcʒ ꝙ iudices nõ ꝓceſſerunt taliter con
tra ipm̃ .cãm audiãt ⁊ fine debito decidãt
et teſtes quos ille.A.noiauerit ad teſtimo
niũ ꝓducẽdos moneãt vt corã eis teſtimo
niũ ꝑhibeant veritati. Nota ꝙ viles te⸗
ſtes notabiles ⁊ infames cõtra clericos nõ
ſunt recipiendi. Jtẽ ſnia lata poſt appel⸗
**Peruenit.** ſancto laurentio accuſatuſ coram iudice ſuo de ſimonia ꝛ adulterio. aſtrinxit ꝑ iuramentũ quendã q̃ cõtra eũ ducendus erat in teſtimoniũ ꝙ ꝯtra ipm̃ non deponeret. Dubitauit iudex q̃liter aduerſus reum ſit ꝓcedendũ ꝛ an teſtis ille ſit cogendus ad teſtimoniũ ꝓferendũ. queſiuit a pa. q̃d iuris ſit. Papa conſiderans ꝙ nemo debet aduerſario ſuo inſtřa ſubtrahere quorũ appellatione teſtes cõtinenť. ꝛ q̃d ille qui hoc facit ꝛ q̃ parem copiã aduocatõnis ſubtrahit aduerſario ſuo iniquã oſtendit a ſe litem foueri. Rñdet ipm̃ teſtem cõpellendũ ad detegendũ cõuentũ tante calliditatis ꝛ fraudis. Nota ꝙ nullus debet ſubtrahere aduerſario ſuo inſtřa vel teſtes vel parem copiã aduocationis. alš põt puniri a iudice. Itẽ noie inſtřorum continẽtur ꝛ teſtes. Item q̃ inſtřa ſubtrahit aduerſario ſuo oñdit ſe iniquã fouere cãm.

Ca. Laici frequẽter enor

**Peruenit.** mem ꝛ intolerabilem iniuriam inferunt clericis multis p̃ñtibus ꝛ videntibus. iniuriantes in cãm tracti negãt ſe tale facinus commiſiſſe. clerici per illos q̃ p̃ñtes erant deſiderant intentionẽ ſuã ꝓbare. ſed illi nolunt teſtimoniũ ꝑhibere. q̃ſitum fuit a pa. q̃d iuris eſſet. ꝛ ipſe rñdit indirecte ꝙ hi q̃ de rebus eccleſiaſticis teſtificari recuſant ſi aliter veritas haberi nõ p̃t ad illud ſunt ꝑ cenſurã eccleſiaſticã cõpellẽdi. Nota ꝙ noie rerum eccleſiaſticarũ clerici intelligunť. Itẽ q̃ de rebus eccľiaſticis nolunt teſtificari ſunt indiſtincte cogendi.

Ca. Querebať ſi teſtes ſint co

**Ceterũ.** gendi in cã matrimoniali dicere teſtimoniũ ſuꝑ cõſanguinitate. Et rñdeť ꝙ ſic tam de iure q̃ȝ de cõſuetudine approbata. ſi odio vel gřa aut timore ſupprimant veritatẽ. Nota ꝙ in cã matrimoniali teſtes ſunt cõpellendi ad ferendũ teſtimoniũ et eſt notabile in cauſis de facto. Itẽ cõſuetudo approbata ꝓ lege ſeruať.

Ca. Cum epũs viſitat par

**Preterea.** rochiam ſuã cõuocato populo facit aliquos honeſtiores de plebe iurare ꝙ ipſi diligenter inq̃rant ſi aliqui conſanguinei matrimonialiter ſint cõiuncti. vł ſi aliqui tales cõiungi velint. q̃d denunciabunt epõ vel eius miſſo. teſtes iſti dicunť ſinodales. de q̃bus legiť. xxxv. q. vi. epiſcopos in ſinodo. ꝛ hoc ſm̃ cõſuetudinem alicuius loci vt hic dicit. quos ciuitas tua nũcupat ſinodales ſm̃ hoc ſic pone caſuz. Teſtes iſti corã epõ vel coram capitulo ſemel tulerunt teſtimonium in aliqua cã. ſi cã illa poſtmodũ ꝑueniat ad aliquẽ delegatũ ſuꝑ eadẽ cauſa nõ debent cõpelli iterato iurare. dũmodo delegatus veritatẽ aliter intelligere poſſit. niſi forte articulus noue queſtionis emergat. Scd̃o dicit ꝙ ſi teſtes iſti poſtq̃ȝ in cõi iurauerunt infamiã contraxerunt debent a ꝑhibendo teſtimonio remoueri. et ſi teſtes iſti in ſuo teſtimonio errauerint. ſed nõ ſtudioſe ꝛ incontinẽti ſe correxerint reprobari nõ debẽt. ſecus erit aũt ſi ſue correctioni interpoſuerint interuallũ. Nota ꝙ teſtis ſemel tantũ in cã iurare debet. Itẽ que de nouo emergũt nouo auxilio indigent. Itẽ teſtis ꝓpter infamiaz a teſtimonio remouetur. Itẽ teſtis incõtinenti põt corrigere dictũ ſuũ. ex interuallo non licet.

Ca. Quidaz electus fuit in

**Sup his.** epm̃ lucanũ. quidã canonici ſe oppoſuerunt dicentes ꝙ erat male fame. ꝛ ꝙ matrimonium contraxerat cum vidua. ꝛ lřas contra ipſum noie capituli ad dñm papam miſerunt. Super his articulis cõmiſit papa inquiſitionẽ. dubitabať an teſtes ad hec ꝓbanda debebant cõpelli. Rñdit papa ꝙ teſtes qui ad hec ꝓbanda noiati fuerit ꝑhibere teſtioniũ ꝯpellanť. No. ꝙ teſtes in criminibꝫ ferre teſtioniũ ꝯpellunť

Ca. Magiſter radolfus

**Cum contra.** fus impetrauit litteras a ſe. ap. dum ipſe tam ꝑ ſe q̃ȝ ꝑ ꝓcuratorem illis lřis vtereť obiectũ fuit ei ꝙ eſſent falſe. Q̃d cum ipſe negaret pars aduerſa voluit hoc ꝓbare petens vt teſtes quos ad hõ ꝓbandũ noiaret cõpellerenť. Queſiuit archiep̃s cui lřas direxerat ſupradictas vtrũ teſtes ſuꝑ articulo falſitatis hmõi eſſent cõpellendi. Rñdet pa. ꝙ ſi gratia odio vel timore ſubtraxerint cõpellat eos veritati teſtimoniũ ꝑhibere. Nota teſtes in criminibus cõpellendos.

Ca. Inter capitulũ vulteranum ex parte vna ꝛ

**Dilectorum.** epm̃ eorundẽ ex altera ſuꝑ diuerſis articulis ꝑ conuentionis ꝛ reconuentiõis modũ queſtio vertebať. ꝓcuratoribus vtriuſqꝫ ꝑtis in p̃ñtia pape conſtitutis lite cõteſ. mãdat papa quibuſdã quatenus teſtes q̃ fuerint noiati ſi ſe odio gratia vel timore ſubtraxerint preterq̃ȝ ſuꝑ criminibus ꝑ cenſuram ec. compellant veritati teſtimoniũ perhibere. Nota teſtes ſuꝑ criminibus non compellendos

Ca. Ciues cremoneñ

**Venerabilis.** cum duobus. M. ꝛ. J quondã clericis eccleſie rauenateñ. q̃ndaz fecerunt coniurationẽ contra archiep̃m rauenateñ. dantes eiſdem clericis q̃ndam pecunie quantitatẽ. ꝛ ad hec celanda ſe iuramenti vinculo aſtrinxerunt. Archiep̃s ſuꝑ his ꝛ quibuſdã alijs articulis contra ciues et clericos p̃dictos ad bononieñ. ep̃um et eius coniudicẽ lřas impetrauit. Unde cuz intentionẽ ſuam ꝓbare nõ poſſet niſi teſtionio ciuiũ predictoꝝ. ſupplicauit dño pa. vt ſibi ꝓuidere ſuꝑ hoc dignareť. Ne ergo ꝓ defectu teſtiũ ſua iuſticia deperiret mãdat papa eiſdem iudicibus quatenus monitione p̃miſſa ꝑ cẽſurã ec. compellant illos q̃s viderint compellendos vt ab hmõi iuramẽto abſoluant illos quos archiep̃s ad teſtimoniũ duxerit ꝓducendos. ꝛ nihilominus ſi illi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint ſimili cenſura compellant eoſdẽ ad ꝑhibẽdum teſtimoniũ veritati. Nota teſtes cõpellendos ad coniurationez probandam. Item iuramentũ temerariũ nõ repellit a teſtimonio. Item impedientes iuriſdictionem iudicis poſſunt compelli vt eam non impediant.

De fide inſtrumentorum.

Titulus. xxij.

Caſus. Diciť

**J ſcripturã.** hic ꝙ ſi nõ apparet autentica ſcriptura nõ poteſt fieri exemplaribus fides. niſi ſupple eſſet tranſcriptum per iudicem et eius autoritate publicatum. Nota ꝙ exemplari non creditur niſi oſtendatur originale.





UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Caſus. Ecce aliquis

**Scripta vero.** exhibet in iudicio ali
quã ſcripturã factam p manũ aduerſarij vł
ab alio. ita tñ q nõ p publicã pſonã cũ ſub-
ſcriptõe teſtiũ. ſ; teſtes inſcripti i illo inſtřo
mortui ſunt. Querit̃ vtrũ ſcriptura illa va-
leat ⁊ fidẽ facit ſi neget̃ ab aduerſario ſuo.
Rñdet pa. q ſi teſtes inſcripti mortui ſunt
ſcriptura illa nõ obtinet firmitatẽ. niſi p ma
nũ publicã facta fuerit. ita q appareat pu-
blica aut habuerit ſigillũ autenticũ p quod
poſſit ꝓbari. Nota q inſtřa publica ⁊ ſi-
gilla autentica fidem faciunt.

Ca. Inter. A. et. R. verte

**Ex litteris.** bat̃ queſtio ſup capella de
ambitoria. q̃ fuit cõmiſſa qbuſdã iudicibus
Partibus corã iudicibus cõſtitutis dictuſ
R. poſtulauit ſibi fieri copiã lřarum q cum
eas inſpiceret cepit illas arguere falſitatis
ꝓ eo q in narratione facti vbi ſcriptũ ẽ iu-
ra parrochialia erãt abraſe. Iudices ſup h
dubitantes queſiuerunt an ꝓpter hoc de-
beant dici falſe. Rñdit pa. q ꝓpter abraſio
nem illam non poſſunt iudicari falſe nec ſu
ſpecte. q: etiã priuilegia in noibus poſſeſſi
onũ abradunt̃. ⁊ lře ſi in narratõe facti er-
ratum eſt poſſunt abradi. Nota q lřaru;
copia facienda eſt aduerſario ad inſpicien-
dum. Itẽ vbi ius nõ conſtituit̃ nõ nocet
raſura. q: narratio facti nõ facit ius.

Ca. Inter archiepm cã

**Accepimus.** tuarieñ. ⁊ abbatẽ mona
ſterii ſancti auguſtini orta fuit cõtrouerſia
ſup ſtatu ⁊ libertate ipſius monaſterij. Ex
parte monaſterij exhibita fuerũt priuilegia
quorũ obtentu lata fuit ſnĩa ꝓ monaſterio
Poſtmodũ archieps dicẽs illa priuilegia
eſſe falſa ſnĩam illã ſeruare nolebat. Abbas
timens aggrauari ab ipſo appellauit ad ſe.
ap. ⁊ archieṗus tulit ſnĩam interdicti in ec
cleſiis monaſterij. ꝓpter qđ abbas dño pa
pe fuit conqueſtus. Sup h ſcribit pa. archi
epõ eboraceñ. ⁊ eius cõiudicibus dicẽs q
priuilegia nõ inſpecta nõ pñt argui falſita-
tis. ⁊ q: difficile eſſet ⁊ piculoſum ea apud
ſe. ap. exhiberi pcipit vt exhibeant̃ pdicto
archiepõ cantuarieñ. in clauſtro ipſorũ fra
trũ vel in alio loco cõgruo ⁊ ſecuro vſq; ad
natiuitatẽ ſancti iohannis bap. Si vero nõ
venerit nec miſerit imponãt ei ꝑpetuũ ſilẽ
tiũ ea vlterius arguendi. Interim vero nõ
vult pa. illa priuilegia vacillare precipiens
ſnĩam q̃ eorũ autoritate lata eſt inuiolabili
ter obſeruari. ⁊ archiepm in inſpectiõe pri
uilegiorũ. xij. hoim numero faciant eſſe cõ
tentũ. Nota q q dicit priuilegia ſiue in-
ſtrumentũ eſſe falſum debet ſibi tradi ad in
ſpiciendũ. Itẽ priuilegia nõ debẽt defer
ri ad iudicem ſi timeat̃ de eorũ amiſſione.
Itẽ officiũ iudicis eſt ſecurũ locũ partibus
aſſignare. Itẽ ad certũ tps priuilegia de
bent tradi ad inſpiciendũ. Itẽ certũ tps
pfigendũ eſt accuſare volẽti. Itẽ penden
te lite priuilegia ⁊ ſnĩa ſuã dñt obtinere fir
mitatem.

Ca. Abbas ⁊ conuentus

**Contingit.** ſancti facundi qñq; litem
habentes parti aduerſe compellebant̃ pri-
uilegiũ ſuum quo in iudicio vtebantur in-
tegraliter exhibere. Unde occaſiõe vnius
capituli ſup quo cõueniunt̃ plurima litigia
ſuſcitant̃. Uñ petebant a dño papa ſibi ſu-
per hoc prouideri. Reſpondit eis papa vt
qñcunq; ſuper exhibendo priuilegio vel in
dulgentia ſeu inſtrumento fuerint requiſi-
ti pñte iudice aut aliquibus viris a iudice
ad hoc deputatis. tantũmodo recitet̃ audi
ente parte aduerſa. ⁊ ſi ſup vno capitulo tã
tũ queſtio fuerit illud ſolũmodo reſcribat̃.
et parti aduerſe inde copia fiat. Nota q
reus tenet̃ oſtendere actori ſuum inſtřm.
Item ſi in inſtřo vel priuilegio quo quis
vſurus eſt plura capitula continentur il-
lud ſolũ alteri parti tradẽdũ eſt q̃ vſurus ẽ.

Caſus. Inter abba-

**Inter dilectos.** tem ſancti donati de
ſcorula ex vna parte. ⁊ archiepiſcopũ me-
diolaneñ. ex altera vertebat̃ queſtio ſup plu
ribus articulis. Petebat abbas noie mo-
naſterij ſui habens a capitulo ſuo manda-
tum a procuratore archiepiſcopi noie me-
diolaneñ. eccleſie. reſtitui monaſterio ſuo
portum ſcorule cum honore diſtrictu ⁊ iu
riſdictione ipſius loci. dicẽs hec omnia ad
monaſteriũ pertinere. ⁊ hoc idem dicebat
de hominibus qui habitãt in curtebinieñ.



et tenent res monaſterij de quibus mona-
ſteriũ obtinuerat in iudicio poſſeſſorio co-
ram epiſcopo veroneñ. hec omnia petebat
cum omnib; fructibus inde perceptis. Ad
omnia iſta probanda inducebat primo pri-
uilegiũ luitardi comitis quondã epi lucani
qui monaſteriũ ipm fundauerat ⁊ premiſſa
omnia donauerat monaſterio. Scđo indu
cebat inſtrumentũ ſententie aſperti quon-
dam archiepi mediolañ. quas olim tulit ex
delegatione lodouici imperatoris ſup pre
dictis cõtra. A. nepotem luitardi predicti
qui ſuper his monaſteriũ moleſtabat. Ter
cio p priuilegia romanorũ imperatorũ ⁊ p
ſertim henrici. qui omnia pdicta monaſte-
rio confirmabat vel etiã conferebat. Quar
to p inſtrumenta locationũ quas diuerſis
pſonis fecerant abbates monaſterij predi-
cti. Teſtes etiã ſup h induxit per quos om
nia intendebat probare pdicta ad ſuũ mo-
naſteriũ pertinere. Contra pdicta fuit ex
aduerſo reſponſum. ⁊ primo priuilegia lui-
tardi contra quod multa ꝓponebant̃. Pri
mo q conſumptũ erat in annotatione indi
tionis. Scđo carta vetuſtiſſima videbat̃ et
ſcriptura recẽtior apparebat. Tercio quia
falſum ſigillũ videbat̃ appoſitum. ⁊ hoc ap
parebat p imaginẽ ipſius ſigilli et per lřas
ipſius que ꝓpriũ nomen luitardi non vide
bant̃ exprimere ſed potius hoc nomen lo-
tharius. Itẽ; cera ſigilli ab interiori parte
vetuſtiſſima erat. cera que videbat̃ appoſi-
ta ab exteriori parte quaſi ad cõſeruationẽ
ſigilli recens erat ⁊ mollis. quod cum dili-
genter inueſtigatũ fuiſſet repertum fuit q
carta ſub vetuſto ſigillo fuerat pforata. ⁊ p
glutinũ noue cere que poſita erat exterius
quaſi ad cõſeruationẽ ſigilli vicioſe fuit ipi
carte ſubiunctũ ⁊ eadem ſpecie falſitatis ce
tera fere priuilegia ro. imperatorũ pter pri
uilegiũ henrici vel falſa reperta ſunt vel fal
ſata. Sed priuilegiũ henrici ad fidem faciẽ
dam nõ ſufficiebat quia nõ erat publica ma
nu confectũ nec ſigillũ habebat autenticu;
ex eo q erat ex media parte conſumptum.
nec plus de proprio noie apparebat niſi h
vox icus cum hac adiectõne dei gratia. ita
q ex lřis illis nõ poterat magis probari q
eſſet henrici q̃; lodouici. Inſtrumentũ ſen-
tentie multis modis videbat̃ ſuſpectũ. tum
quia quedã liture apparebant in ipſo. tum
q: ſubſcriptio notarij videbat̃ alterius ma
nus fuiſſe q̃; conſcriptio inſtrumenti. et tñ
notarius confitebat̃ ſe ꝓpria manu inſtru-
mentũ ſcripſiſſe. ⁊ lřa recentior videbatur
q̃; carta. ⁊ attramentũ a qua videbat̃ infe-
ctum. vt antiquius appareret. In omnib;
priuilegijs que poſteriora erãt. nulla de ip
ſa ſententia mentio habebat̃. ⁊ ſi inſtrumẽ-
tum ſnĩe legitimũ eſſet. tñ quia ipſa ſnĩa in
ter alios lata fuit ⁊ res inter alios acta. nõ
nocet alijs. nec atteſtationes nocebant cũ
inter alias pſonas recepte fuiſſent. S; pri-
uilegiũ henrici videbat̃ cõfirmatoriũ ⁊ do
natoriũ extitiſſe. vnde videbat̃ q henricus
dominiũ rerum donatarũ monaſterio con
tuliſſet. quãuis ex forma petitõis que in ip
ſo priuilegio continet̃ confirmatoriũ vide
atur. Ut ergo intelligat̃ eo modo quo ma-
gis valere poſſet diſtinguendũ videbat̃ vt
idem henricus alia donauerit ⁊ alia cõfir-
mauerit quia eadẽ nõ poſſunt confirmari ⁊
donari. cõfirmant̃ prius habita. ⁊ poſſeſſa
donant̃ que adhuc habita nõ ſunt. Unde
illa nõ poterant intelligi p priuilegiũ illud
donata ſed confirmata. q: quod meũ eſt ex
alia cã meũ fieri nõ poteſt niſi deſierit eſſe
meũ. Cum ergo priuilegiũ henrici confir-
matoriũ tantũ fuerit quo ad illa que dedu
cta fuerant in iudiciũ ſi principale nõ tenu
it nec acceſſoriũ. Per inſtrumenta vero lo
cationũ nõ eſt probata ꝓprietas nec poſſeſ
ſio. cum ad probationẽ rei ſue ſeu defenſio
nem nõ ſufficit locatio facta. Poſtq̃; vero
ſup his fuerit diutius litigatum quia legiti
me probata nõ fuerant que petebantur ad
monaſteriũ ptinere. ab impetitione ipſius
ꝓcuratorem archiepi dñs pa. abſoluit no-
mine mediolanẽ. eccleſie. qm̃ cum obſcura
ſunt iura partiũ conſueuit cõtra eum q pe-
titor eſt iudicari. Nota q libellus poteſt
concipi in perſona procuratoris nomine
tamen eccleſie. Item in libello poteſt ap
poni ſaluo iure addendi vel diminuendi.
Item nota hanc decretalem ad cogno-
ſcendã falſitatem priuilegiorum ⁊ inſtřorũ

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

primo in annis dñi ⁊ inditione. Itē ex q̄litate carte. Itē ex ſigillo priuilegij. Itē ex ſcriptura notarij. Itē res inter alios acta alijs nō obeſt. Itē res intelligi debet vt potius valeat q̄ꝫ pereat. Itē aliud eſt qḋ confirmat̃ ⁊ aliud qḋ donat̃. Itē qḋ meū eſt ex alia cā meum fieri nō pōt. Itē ſi principale nō tenet nec acceſſoriū. Itē facta locatio nō probat dñium nec poſſeſſionem. Itē ſnia format̃ in ꝑſonam ꝓcuratoris. Itē cum obſcura ſunt iura partiuꝫ iudicandū eſt ꝓ poſſeſſore.

Caſus. In archiepātu

**Quod ſuper.** cātuarieñ. erant quidā cruce ſignati. mandauit papa cātuarieñ. archiepō vt eos ad voti executionē cōpelleret. ⁊ dum ipſe eos cōpellere vellet ad votum ſoluendū. ipſi ſup abſolutione voti recedentes ab apo. ſede. oſtendebāt cardinalium ſigilla ignota. cum ſup impedimentis que exponebant nō eſſet eis de leui credendum. queſiuit archiepus quid agere debeat ſup his. Et rñdit pa. ꝙ ſi aliqñ lr̃as talibus concedit. reſcribit illis q ſciunt ꝑſonas ⁊ facultates eorū hoc modo. vt diligenter inquirant veritatē ſup impedimentis expoſitis. ſtatuentes ſup hoc ꝙ animarū ſaluti ⁊ ſuccurſui terre ſancte magis nouerint expedire ⁊ ꝓuidentes ne in fraudē voti aliqd fiat. Vñ ſi tales lr̃as impetrauerint tacita veritate vel expreſſa falſitate. ſiue ſint cardinalium ſiue etiā pape. ⁊ nō ſolū dubie ſed etiam certe. lr̃e ille nō valent. ⁊ eis nō obſtantibus debent ad voti executionē compelli. Nota ꝙ illi q votū emittunt cōpellendi ſūt ad executionē ipſius niſi iuſta cā ꝑ ſe. apo. fuerint abſoluti. Itē lr̃e impetrate ꝑ veri ſuppreſſionē vel falſi ſuggeſtionē nō valēt. Itē nota ꝙ ſigillo ignoto credi nō debet.

Ca. Aliqñ allegant̃ de-

**Paſtoralis.** cre. in iudicijs de qbus dubitat̃ an ſint decretales de qbus nō cōſtat ꝑ bullam. queſitū fuit a pa. qd iuris eēt. Sup hoc ſtatuit pa. vt ſi aliqua decre. allegat̃ de qua iudex dubitet ſi illa cōſonat iuri cōi ſm illam non dubitet iudicare. cū ſm ius cōe potius iudicare videat̃. Sed ſi iuri cōi ſit diſſona nō iudicet ſm ipſam ſed conſulat ſuperiorem de illa. Nota diſtinctionem huius decre. circa decretales de quibus dubitat̃ an ſint decretales vel non.

Caſus. Quia inſtru-

**Cum dilectus.** mentorū appellatiōe continent̃ ⁊ teſtes ⁊ poſt publicationē teſtium alij teſtes nō poſſunt ꝓduci. dubitatum fuit vtrū poſt publicationē atteſtationum inſtrumenta ꝓduci poſſunt. Rñdet̃ ꝙ inſtrumenta produci poſſunt vſqꝫ ad ſniaꝫ anteq̄ꝫ ſit concluſum in cā. Sup tercio. Conſuetudo erat in partibus ſcocie ꝙ aliquis ꝑ inſtrumenta regis ꝓbabat intentionem ſuā in iure. dubitauerūt iudices vtrū inſtrumenta illius regis admittere debeāt in cauſis. Rñdit papa conſultus ꝙ ſi cōſuetudo illius patrie obtinet approbata vt fides adhibeat̃ inſtrumentis illius regis ipſi poterunt ea in cauſis admittere preſertim cū ipē rex tante fuerit honeſtatis ꝙ ipſius inſtrumenta maxime habeant̃ auctoritatis in partibus ſcocianis. Nota ꝙ inſtrumēta poſſunt ꝓduci vſqꝫ quo cōcluſum ſit in cā vel vſqꝫ ad terminū ad hoc p̄fixū. Itē inſtrumentis regis credit̃ ſi conſuetudo ħ obtineat. Itē ex qualitate ꝑſone approbat̃ vel reprobat̃ inſtrumentum.

Ca. Iohannes he-

**Cum iohannes.** remita coram iudicibus ciuitatis viterbij. petebat a petro cōciue ipſius. C. xxx. lib. ſeneñ. ex cā mutui. Ex aduerſo ꝓpoſuit idem. P. ꝙ idem Io. tenebat̃ eidem in. C. lxxx. lib. ꝓ precio cuiuſdam domus quam ipſi Io. vendiderat. Unde petebat vt. C. xxx. libras ſibi deberet cōpenſare ⁊ reſiduū ſibi debere perſolui. Petijt inſup poſſeſſionē ipſius domus ſibi tradi vacuam ⁊ liberā. lite conteſ. ſuper hoc et alijs articulis cum fuiſſet hincinde aliq̄ꝫdiu diſputatum iudicis auditis atteſtationibus ⁊ allegationibus cōdemnauerunt iſtum. P. vt eidem Io. poſſeſſionē p̄dicte domus vacuam ⁊ liberam traderet. Ab hac ſententia dictus. P. ſe. ap. appellauit. Papa dedit. T. capellanū ſuum partibus auditorem. Coram quo ex parte ipſius. P. fuit ꝓpoſitū venditionē ipſius domus nō purā ſed ꝯditionalē fuiſſe. ⁊ iō ipm nō teneri ad traditionē ipſius. Ad hoc probandū quatuor teſtes induxit cum eſſet nouum capitulū pendens ex veteri. Qui iurati dixerunt ſe interfuiſſe ꝯtractui inter ipm P. et. Io. ſup eadem domo celebrato pro certo precio ac adiecta conditione vt idē. P. domū ipſam inhabitaret in vita ſua et poſt eius obitū domus illa remaneret. M. et. R. filijs ipſius. P. nepotibꝫ ipſius. Io. de anno. menſe. ac die quo facto fuit vendicio dixerūt ſe nō recordari. Dictus Io. venditionē nō conditionalē ſed purā fuiſſe dicebat. Ad hoc ꝓbandum induxit inſtr̃m venditionis ⁊ tabellionē qui fecit inſtr̃m. ⁊ vnū de teſtibꝫ inſcriptiſ in inſtrumēto. Dubitatum fuit que probatio valere deberet. Proponebat̃ ex parte ipſius. P. ꝙ licꝫ teſtes ⁊ inſtrumenta eandē vim obtineant in cauſis. non tñ inſtrumentū tanti debet eſſe valoris vt preferat̃ depoſitionibus triū vel plurin teſtiū. Ecōtra ex aduerſo fuit reſpōſum ꝙ cum ipſe Io. intentionē ſuam ꝑ inſtrumentū ꝓbaſſet ⁊. P. venditioneꝫ non puram ſed condicionalē fuiſſe proponeret nec ꝑ teſtes. P. de certo tp̄e fuerat facta fides. vnde nō apparebat ꝙ ſup illa venditōne depoſuiſſent ⁊ in inſtrumento certū tp̄s adijceret̃. probatio ipius. P. inefficax erat ad intentionē contrariā elidendā. Sed dicebatur ꝙ reſponſio iſta inualida erat. qm̄ vtraqꝫ pars interrogata confeſſa fuit in iure ꝙ vnica tantū vēditio ipſius domus facta fuit ſed ꝑ teſtes probat̃ venditionē cōditionalē fuiſſe. ⁊ ſic ꝑ confeſſionē vtriuſqꝫ colligitur venditionē domus conditionalem fuiſſe. nō obſtante ꝙ ipſa interrogatio facta fuit poſtq̄ꝫ fuit in cauſa cōcluſum. qr iudex vſqꝫ ad prolationē ſnie pōt interrogare de facto quotiens dubitat. Iſtis omnibus conſideratis dñs pa. de conſilio fratrum pronunciauit venditionē predictā cōditionalem fuiſſe. ⁊ dictū. P. nō teneri ad ipſius domus poſſeſſionis traditionē. ipſi Iohanni ſup hoc ſilentiū imponendo. ſententiā predictorū iudicū quo ad hunc articulum infirmando q̄uis alias iuſte ꝓnunciauerint. quia hec exceptio nō fuit propoſita coram ipſis. quantū ad alios articulos confirmauit eandem. Nota ꝙ compenſatio admittitur in iure. Item ſuper nouo articulo publicatis atteſtationibus teſtes recipiunt̃. Item teſtes preferuntur inſtrumento. Item generale dictum per circūſtantias ſpeciales iudicatur. Item exceptio ꝑemptoria poteſt ꝓponi in cauſa appellationis ſi omiſſa fuerit ante ſententiam. Itē iudex ex officio ſuo interrogare pōt partes vbicunqꝫ dubitat de facto vſqꝫ ad ſniam. Item licet ſnia lata ex noua allegatione caſſetur nō p̄iudicatur iudicibuſ qui ipſam ꝓtulerunt. Item ſnia ꝓ parte tenet ⁊ ꝓ parte nō tenet.

Caſus. quedam regina im-

**Ex parte.** petrauit litteras quaſdā ſup reſtitutione ſpoliationis cuiuſdaꝫ caſtri in quibus deficiebat hec lr̃a. o. in hac dictione ſpoliarunt. queritur vtrum propter hoc reſcriptum vicietur. ⁊ reſpondetur ꝙ non. Nota ꝙ propter modicū defectū nō viciatur reſcriptum. cū ex precedentibus ⁊ ſubſequentibus poſſit cognoſci mādatoris intentio.

Ca. Prior ⁊ cōuentus

**Perpetuus.** de ledes coram iudicibus delegatis traxerunt in cām. G. perpetuū vicariū eccleſie de rechan ſup quibuſdam decimis. Dictus vicarius reconuenit eoſdem ſup conſimilibus queſtionibus petens a iudicibus vt compellerent parteꝫ aduerſam vt faceret ei copiā quorūdam inſtrumentorum communiū ꝑ que intentionem ſuā ſuper principali negocio probare volebat ⁊ quia hoc fieri faciebāt eidem. ſe. apo. appellauit. Mandauit papa quatinuſ ſi ita eſt reuocato in ſtatum debitum quicquid poſt ap. et cetera. Nota ꝙ inſtrumēta communia parti pare exhibere tenetur. Item recōuentio poteſt fieri in ſpūalibꝫ.

Ca. Aliqs agebat contra

**Imputari.** aduerſariū ſuū puta petēs ab eo aliquā pecuniā. ad ſuam intentioneꝫ ꝓbandam induxit duo inſtrumenta cōtraria. querebat̃ cui illorum vel an neutri ſtandum eſſet. Rñdit pa. ꝙ iſte ſcripture cōtrarie fidem ſibi adinuicem derogāt. ⁊ ſic nō valent. et imputet ſibi qui eas in iudicio

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ꝓtulit qꝛ in ꝑtāte ſua fuit quã voluerat nõ ꝓferre. debuit cũ eas ꝓuidiſſe ⁊ altera ꝓtuliſſe. No. q cõtraria allegat non debet audiri ⁊ imputet ſibi qui cauſam ſuam male tractat.

Ca. Aliqs agebat cõtra ali

**Si cantio.** quẽ aduerſariũ ſuũ petens ab eo certã pecunie q̃ntitatẽ. ad hoc ꝓbandũ inducebat quoddã inſtr̃m in quo reus ſimpliciter confitebat̃ ſe debere q̃ntitatem petitã. nullam cãm exprimendo ex qua deberet̃. querit̃ an ex tali cautiõe reus ſit condemnãdus. R̃ndet̃ ꝙ actor tenet̃ oſtendere debitũ ꝙ in cautione illa cõtinet̃. Si vero cãm reus expſſerit in ſcriptura illa propter quã ſcriptura illa facta fuit ſue confeſſioni ſtabit̃. niſi ꝓbet ſe id indebite ꝓmiſiſſe. Nota ꝙ cã ſemꝑ eſt exprimenda ad ħ vt ex confeſſione ſua quis obliget̃ alias nõ tenetur.

Ca. P. tabellio preuentus

**Cum. P.** morte quedã inſtr̃a nõ ꝑfecit q̃ redacta erant in nota ꝑ eundem. querebat̃ quid deberet fieri de hm̃oi inſtr̃is in notam redactis. R̃ndit pa. J. tabellioni ꝙ ad petitionẽ illorũ ad quos ꝑtinent auctoritate iudicis ordinarij poterit illa inſtr̃a in publicam formã redigere ꝑ hoc ꝑpetuo valitura ac ſi a dicto. P. completa fuiſſent. Nota ꝙ ſi mortuus fuerit tabellio q incepit inſtrumenta conficere. alius auctoritate iudicis poterit ea ꝑficere.

Ca. Aliqua inſtrumenta ꝓ

**Si inſtr̃a.** pter vetuſtatẽ vel aliam iuſtam cãm quaſi cõſumpta ſunt. petunt̃ exemplari. querit̃ qd fieri debeat. R̃ndet pa. ꝙ ꝑſitent̃ coram ordinario vel coram delegato ſpãliter ad hoc. ille poſtmodũ inſpiciat diligẽter illa inſtr̃a ⁊ ſi in nulla parte ſui viciata ſint p̃cipiat illa exemplari ꝑ publicã ꝑſonam. ⁊ habebunt eandẽ auctoritatẽ cũ originalibus. Nota iſta duo capitula qꝛ frequenter locum habent. Item inſtrumenta ꝓpter iuſtam cãm auctoritate iudicis ordinarij vel delegati ꝑſit renouari.

## De preſumptionibus. Titulus. xxij.

Ca. Sicut il

**Icut noxius.** le q mittit lanceas ⁊ ſagittas vt aliquẽ interficiat. noxius eſt et malus. ita ille q fraudulẽter nocet amico ſuo ⁊ poſtea dicit ludẽs feci. Nota q ſub ſpecie ludendi amico ſuo nocet fraudulẽter ẽ in culpa. Et ex ħ ſurgit illud generale. Ludens noxius eſt in culpa. vt. ff. ad. l. acquil. Nam ludus.

Caſus. Cum due mulieres eſ

**Afferte.** ſent ſil' in quadã domo ⁊ vtraqꝫ haberet filium paruulũ infantem. contigit ꝙ alter infans mortuus eſt. Illa cuius filius mortuus erat accepit filium alterius viuum ⁊ filiũ ſuum mortuũ latenter poſuit ad latus illius cuius filiꝰ erat viuus. Poſtmodũ ille due mulieres ceperunt contẽdere int̃ ſe. Illa cuius filius erat viuus petebat filiũ ſuuꝫ ab alia. Illa r̃ndebat filius tuus mortuus eſt meus aũt viuit. Illa reſpõdebat econtra. Acceſſerunt ad regem ſalomonẽ ⁊ ceperunt contendere coram rege. Cum illa cuius filius erat viuus nõ poſſet ꝓbare ꝙ filius ſuus eſſet. voluit rex ꝑ preſumptionẽ inuenire cuius filius eſſet. Dixit rex. Afferte mihi gladiũ. Allato gladio ait. Diuidite infantẽ viuũ. ⁊ date dimidiã partẽ vni. ⁊ dimidiã partẽ alteri. Illa cuius filius erat viuus dixit regi. Dñe date illi infantẽ viuũ. ⁊ nõ occidat̃. Econtra illa dicebat. Nec mihi nec tibi ſit ſed diuidat̃. Tũc ait rex. Date huic. ſ. q̃ nolebat illũ infanteꝫ diuidi viuuꝫ. hec eſt eñ mater eius. Et ita rex ad hanc p̃ſumptionẽ rectã tulit ſniam. Nota ex dilectione p̃ſumit̃ aliqua eſſe mater. ⁊ hoc eſt qd̃ d̃r in fine. hec eſt mater. id eſt. preſumit̃ eſſe mater quia diligit.

Ca. Puer aliqñ preſumit̃

**Ex ſtudiis** ꝙ bonus debeat eẽ ex actibus ſuis. qñ videmus aliquẽ pueruꝫ bona oꝑa facere. puta libẽter audit ſapiẽtes. ſtudet virtutibus. audit mandata dei. ꝑ iſta ſigna exteriora p̃ſumit̃ ꝙ bonus futurus ſit No. ꝙ ꝑ exteriora p̃ſumit̃ de interioribus Itẽ ſi puer bñ agit p̃ſumit̃ ꝙ ſit bonus.

Caſus. Reus qui

**Nullus dubitat** ẽ in aliquo delicto de q̃ cõuenit̃ ſẽꝑ fugit. nunq̃ꝫ vellet venire



ad iudiciũ. ⁊ ħ ipſo p̃ſumit̃ cõtra ipm̃. ⁊ ille q eſt innocẽs libenter q̃rit vt abſoluat̃. nec aufugit. ⁊ ex ħ p̃ſumit̃ ꝙ ſit innocẽs. No. ꝙ p̃ſumit̃ ꝫ aliquẽ ꝑ ſubterfugia. Itẽ p̃ſumit̃ ꝙ aliqs ſit innocẽs ꝙ libẽter cõparet.

Ca. Dum

**Nonne benedicimus.** iudei diſputabant cũ iheſu ſiue contẽdebant. dixerunt iheſu. nõne bñ dicimus qꝛ ſamaritanus es et demoniũ habes. R̃ndit iheſus. ego demoniũ nõ habeo. Dicit greg. duo ſibi illata fuerunt. ꝑ hoc ꝙ vnũ negauit de alio intelligit̃ cõfiteri tacendo. Nota ꝙ qui tacet ꝯſentire videt̃. Itẽ qui de vno negat de alio tacendo confitet̃.

Ca. Dñs pa. cõmiſit offici

**Mandata.** um legationis ſuꝑ oẽs eccleſias ſicilie marino epõ ñ loco ſed ꝑſone illius epi cõfidẽs de eo ex eo ꝙ ex trãſacta vita illius didicit qd de ſubſeq̃nti cõuerſatõe ipſius p̃ſumere poſſit. p̃mittẽs ꝙ dum onera ſua cũ fr̃ibus partit̃ mãdata celeſtia gerere cõprobat̃. No. ꝙ ꝑſonalia reſcripta ſeu priuilegia nõ excedunt ꝑſonã. Itẽ ex preteritis p̃ſumit̃ de futuris.

Ca. Scribit greg. qbuſdã et

**Quoſdã.** dic̃. ꝙ q̃nto ſunt affricvicinIores tãto melius ſciũt q̃liter vaſtat̃. No. ꝙ ex vicinitate p̃ſumit̃ ꝓ aliq̃ vl' cõtra aliquẽ.

Ca. Dicit̃ hic ꝙ nõ potuit

**Quanto** in vicino latere qd̃ in longinquo ſcitur. Nota ꝙ quanto aliquis eſt vicinior tanto debet eſſe certior.

Ca. Dñs papa ſcripſe

**Scribam eis.** rat cuidã q eius deſpexerat epl'aꝫ. Dixit ergo ꝙ ſi ſcripſerit ei iterum ſilr̃ condẽnet ſc̃das lr̃as. Nota ꝙ ex p̃teritis p̃ſumit̃ circa futura.

Ca. R. capellanꝰ

**Quia veriſimile.** dicebat ꝙ. H. cõceſſerat ei ꝑſonatũ eccĩe ſue ⁊ ab eo vicariam ipſius eccĩe idẽ. H. receperat. ⁊ ħ dicebat ſe ꝓbaturũ. ⁊ ita. R. moleſtabat eundẽ H. Significatũ fuit ħ dño pa. Suꝑ ħ ſcribit papa decano caſſineñ. dicens ꝙ nõ eſt veriſil'e ꝙ. H. ꝑſonatũ eccĩe ꝯceſſerit dicto R. ⁊ vicariã ipſius eccĩe recepit ab eodeꝫ. Vñ mandat decano ne ſuꝑ ħ ꝓbationẽ recipiat niſi cõis fama loci ħ habeat. vel niſi tales ꝑſone appareant de qbus nõ ſit veriſil'e ꝙ debeant deierare. qꝛ ſepe cõtingit ꝙ teſtes corrupti de facili inducant̃ ad falſuꝫ teſtimoniũ ꝓferendũ. Nota ꝙ p̃ſumptõ taris eſt ꝙ nemo iactet bona ſua. Itẽ cõtra veriſimilẽ p̃ſumptioneꝫ inducuntur teſtes.

Quedã libera mulier ꝑ

**Illud quoqꝫ.** x. annos ⁊ vltra ſciẽter cohabitauit cuidã ſeruo tanq̃ꝫ legitimo viro. et ab eo fuit carnaliter cognita. poſtea dicebat illũ ſuũ nõ eſſe maritũ. ſed vir dicebat eam ſuã eſſe vxorẽ oſtendẽs publicum inſtr̃m in q̃ ſe cõiuges noiabant ꝑ qd̃ etiaꝫ donationẽ ꝓpter nuptias faciebat eidem. Mulier aſſerebat inſtr̃m illud factũ eſſe in fraudẽ vt dñs ſeruo ſuo fraudaret̃. Inſuꝑ produxit teſtes ꝙ ille rogatus erat pluries ab amicis mulieris ꝙ eaꝫ deſponſaret. ſed ipſe dicebat ꝙ eam nõ deſpõſaret. Vir predictũ inſtr̃m ꝓducebat ⁊ quoſdã teſtes qui viderãt eam anulos deferentẽ. Ad ħ r̃ndebat mulier ꝙ hoc faciebat ſm̃ cõſuetudinẽ illarũ q̃ panes vendunt. Iudex ſuꝑ ħ cõſuluit pa. Et ipſe r̃ndit ꝙ in hm̃oi dubietate fama vicinie debet attendi ⁊ ſi fama loci hꝫ ꝙ vir ipſam in lecto ⁊ in mẽſa ſicut vxoreꝫ tenuerit. cogẽda eſt mulier vt eidẽ viro affectu adhereat cõiugali. p̃cipue ſi p̃dictum inſtr̃m ab eo ſit factũ q officiũ ſuũ fideliter adimpleuit. Nota ꝙ ſi libera ſciẽter contrahit cũ ſeruo tenet matrimoniũ. Item circa mr̃imoniũ recurrendũ ẽ ad famã loci et ſic ꝑ exteriora ꝓbat̃ matrimoniũ ſaltẽ p̃ſumptũ ꝫ qd̃ nõ ẽ ꝓbatio admittenda in cõtrariũ. Itẽ matrimoniũ eſt maris ⁊ femine cõiũctio. indiuiduã vite cõſuetudinẽ retinẽs. Itẽ p̃ſumit̃ ꝓ inſtr̃o facto rõe officij

Ca. Quidã petrus noie

**Litteris tue.** cõtraxit matrimoniũ cuꝫ A. muliere. petẽs poſtmodũ ſeꝑari ab ea q̃ ad mutuã ſuitutẽ ꝓ eo ꝙ poſtq̃ꝫ mulier cũ p̃dicto viro ꝯtraxerat mr̃ioniũ ꝯſanguineꝰ ipiꝰ viri eã cognouit. Ad ħ ꝓbandũ teſtes inducti fuerũt. q dicebãt ꝙ viderãt ꝯſãguineũ illius viri ſolũ cũ ſola. nudũ cũ nuda in eodẽ lecto iacentẽ ea intentõe vt credebãt

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

vt eā cognoſceret carnaliter. ⁊ ħ viderūt in multis locis ⁊ horis electis. q̄rebaꝛ an ꝓpter has p̄ſumptōes deberent ſepari. Rn̄. pa. ꝙ ꝓpter hmōi violentā ſuſpitionē fornicatōis poſſunt q̄ ad ſeruitutē mutuā ſepari ita tn̄ vt vir illa mortua cū alia contrahat ſi voluerit. mulier vero ſine ſpe coniugij ꝑmanebit. Nota ꝙ violenta p̄ſumptio ſufficit ad condēnationē. Itē ꝑ circūſtātias ꝓbaꝛ ipſum factum. Item inceſtus impedit matrimoniū contrahendum.

Ca. Quidā iuuenis cō-

**Tercio loco.** traxit cū quadā ꝑ verba de p̄ñti. Alia mulier neptis p̄dicte ſpōſe ꝓpoſuit ſe prius cognitā ab illo iuuene q̄ꝫ cū illa cōtraxiſſet. Ad qđ ꝓbandū teſtes ꝓduxit q dixerunt ſe ꝓ certo credere ꝙ illa dicti iuuenis extitit cōcubina. adijcientes ꝙ eos viderat ſimil ꝑ plana. nemora. vias ⁊ in uia cōuagantes pluries. ⁊ fama vicinie ſuꝑ ħ erat. Iudex ad maiorē certitudinē iuramentū vtriuſqꝫ recepit. Qui cōfeſſi fuerūt ꝙ carnaliter ſe adinuicē p̄cognouerāt. Licet iuuenis ab ea recedere nollet quam iurauerat in vxorē habere. q̄ſitū fuit a pa. qđ iuris eſſet. Et ipſe rn̄dit ꝙ cū ħ nō dicatur ſed p̄dicaꝛ a pluribꝫ manifeſtū. ſolutis ſpōſalibus ſeparenꝛ. No. ꝙ vbi affinitas p̄ceſſit ſpōſalia etiā ꝑ fornicariū coitū. ſequens matrimoniū nō tenet. Itē allegās turpitudinē ſuā audiꝛ. Itē ex multis p̄ſumptōnibus induciꝛ ꝓbatio ſufficiēs. vñ ſurgit illud generale. q̄ non ꝓſunt ſingula multa iuuant. Itē fama cū alijs p̄ſumptōibꝫ ꝓbat

Ca. Ep̄us altiſio-

**Literas veſtras.** dorenſis. impetrauit lr̄as cōtra quoſdā burgēſes de charitate q̄s impetebat de hereſi. quorū vnus extiterat. xv. đ q̄ hic agiꝛ. vt cā poſſꝫ facilius expediri vtraqꝫ ꝑs cōpromiſit in duos de iudicibus ſub certa pena reſeruata ſibi nihilominus delegata ꝑtāte. corā arbitris iſtis cōtra. xv. ꝓponebat ep̄s ꝙ erat hereticus ⁊ ꝑiurus. ꝓ eo ꝙ cum ipſe. xv. habereꝛ ſuſpectus de hereſi ⁊ cōfeſſus fuit hereſim ſuam apud charitatē redeundo ad catholicā vnitatē ⁊ idē cōfeſſus fuit de quodā fratre ſuo ꝙ eodē laborabat errore. ⁊ cū frater ille coraꝫ bituricēñ. archiep̄o de hereſi cōueniretur purgatio ſibi fuit indicta ꝑ. xv. frēm ſuū qui vere catholicus credebaꝛ. Ipſe. xv. cōpurgauit frēꝫ ſuū quē prio hereticū aſſeruerat. et iđ ep̄s ꝓponebat ipm̄. xv. duo cōtraria dixiſſe. Vñ ⁊ ꝑiurus ⁊ hereticus dicebaꝛ ab ipſo ep̄o. ⁊ in hereſim relapſus. Ipſe vero ħ negabat. q2 lꝫ de ſe cōfeſſus fuiſſet de frē tn̄ nihil dixerat. ſed ep̄us ipm̄ cōuicit ꝑ teſtes. Propter hmōi cōtrarietates iudices iſti hūerꝛ. xv. đ heſi ſuſpectū. Vñ miſerꝛ illū cū lr̄is ſuis ad dn̄m pa. His oibꝫ diligēter cōſideratis dn̄s pa. habuit iſtū. xv. de hereſi vehemēter ſuſpectū. tūꝫ q2 qđ an̄ dixerat poſtea negauit ſe dixiſſe. tum q2 vel prius mēdaciū dixit in frēm aſſerendo illū hereticū. vel poſtea ꝑiuriū cōmiſit in deū purgando illū de hereſi. quorū vtrunqꝫ reddit euꝫ valde ſuſpectum. Veriſiliꝰ tn̄ videꝛ ꝙ eo tp̄e q̄ reuertebaꝛ ad fidē tam graue mendaciū nō dixiſſet in frēm quē tāq̄ꝫ chariſſimuꝫ nō aſſeruiſſet hereticū niſi fuiſſet accenſus zelo catholice fidei. Vñ p̄ſumiꝛ ꝙ cum poſtea purgauit illū turpiter deierauit. Unde mādat pa. iudicibus p̄ñtibus q̄tinus cū ꝓpter ſolā ſuſpitionē q̄ꝫuis vehementē nō in it illū de tam graui crimine condēnari talē et tantā ſecuritatē ab ipſo recipiāt p̄ter iuratoriā cautionē ꝙ timore pene tp̄alis debeat coerceri diſcretā pn̄iam iniūgentes eidē. ex q̄ appareat an ſit vere penitens. an ficte cōuerſus. Et ſi taliter eū verū catholicū cognouerint nō ꝑmittāt eum vlterius indebite moleſtari. aliogn tanq̄ꝫ hereticū eū cōdēnet. No. ꝙ arbitriū certa pena dꝫ vallari. Itē iudex delegatus in cā ſibi cōmiſſa arbiter eē nō poteſt. Itē q cōtraria dicit tanq̄ꝫ ſuſpectus repelliꝛ. Itē hic vna p̄ſumptio p̄pōderat alteri q2 illa magis accedit ad veritatē. Itē ꝓpter vehementē ſuſpitionē non dꝫ qs condēnari de hereſi. Itē a ꝑiurio nō dꝫ amplius iuramentū requiri. Itē timore pene tp̄alis aliqs coerceꝛ

Ca. Ep̄s qnqueec-

**Cū in iuuētute** cleſieñ. de vngaria diffamatus erat apud regem ꝙ cūꝫ quadā nepte ſua perpetrauit inceſtum. Propter quod rex vngarie literas ſuas miſit domino pape denūciando ſibi crimen ipſius. poſtulans vt malū ħ ꝑnicioſum exēplo de vngarica eccia remoueret. Sed q2 hmōi ſuggeſtio nō ꝓcedebat ex bono zelo noluit pa. fidē adhibere dictis eius. ſꝫ voluit ſcire vtrū ħ ex charitate ꝓcederet. ſcripſit ep̄o laurieñ. vt prudēter ⁊ caute a coep̄is alijs inquireret diligēter vtrū crederēt illū tali peccato reſꝑſum. Et ipſi ep̄i poſtmodū reſcripſerūt dn̄o pa. ꝙ ipſi credebāt eū virū honeſte conuerſatōis ꝑſonā ipſius multipliciter cōmendātes. Vñ ſuꝑ ħ ſcribit pa. iſtis ep̄o ⁊ abbati dicens ꝙ ep̄s ipſe adeo ſe maturum honeſtū ⁊ ꝓuidū exhibuit in iuuentute ſua ꝙ ab eccia ro. pallio meruit decorari. q̄re nō eſt de leui credendū ꝙ poſtq̄ꝫ ad ſenilē ꝑuenit etatē turpiter abiecerit iugūꝫ dn̄i. q2 hmōi labes q̄ aliqñ in iuuentute cōtrahiꝛ in ſenectute frequenter purgaꝛ. Preterea nō eſt credendū ꝙ vir talis ad ħ ſe cōuerteret. vt cū ꝓpria nepte abominabilē ꝑpetraret inceſtum. q2 etiā ſm̄ leges naturale fedus nihil ꝑmittit inter tales ꝑſonas ſeui criminis ſuſpicari No. ꝙ ex p̄terita vita preſumiꝛ de p̄ñti. Itē ꝓpter meritū ꝑſone concediꝛ p̄uilegiū. Itē inter ꝯiunctas ꝑſonas naturale fedus nō ꝑmittit turpe aliquid ſuſpicari. Item laicus pōt denunciare clericum Item denunciatio ex charitate fieri debet Itē ſuꝑior nō ſtatim debet credere de ſubditis ea que referunꝛ eidem ſed prius debet ab alijs inqrere. Itē ꝓpter infamiam a maliuolis ortā nō eſt inquiſitio facienda nec purgatio indicenda.

Ca. Quidā ſcolaris. C. noīe

**Dudum.** impetrauit lr̄as ad mediolañ archiđ. vt ipm̄ faceret recipi in clericū ⁊ in frēm ſi ꝑſona eſſet ydonea. a p̄ſbitero eccie ſancti victoris in qua cōſueuerunt eſſe clericus ⁊ ſacerdos. Sed p̄ſbyter ille corā archidia. cōſtitutus ꝓpoſuit ꝙ facultates eccleſie duobus clericis nō ſufficiebāt adijciens ꝙ idem. C. nō erat ydoneus ad beneficiū illius eccie obtinendū. Dubitatū fuit ⁊ cōtentio erat ſuꝑ hac ydoneitate an deberet iſte ſe ꝓbare idoneū. Vñ ꝓpter ħ ꝑtes redierūt ad pa. Mandat pa. iſtis iudicibuſ vt ex illa clauſula ſcꝫ ſi ꝑſona fuerit ydonea q̄ in reſcripto erat inſerta. eidē ſcolari ꝓbādi ſe idoneū nulla neceſſitas imponaꝛ. cū p̄ma facie p̄ſumaꝛ ydoneus niſi ꝓbetur indignus. No. ꝙ nemo ꝓbare dꝫ ſe idoneū qa qlibet p̄ſumiꝛ ydoneus niſi ꝓbeꝛ cōtrariū.

## De iureiurando. Ti. xxiij.

Caſus.

**X administratiōis.** Vſurarij aſtringunt debitores ſuos iuramento ad ſoluendas ſibi vſuras. queriꝛ quid iuris. Rn̄deꝛ ꝙ compelli debent ꝑ cenſurā eccleſiaſticā vt hmōi iuramenta remittant. Nota ꝙ vſurarij compellendi ſunt ad remittenda iuramenta de vſuris ſoluendis.

Caſuſ. Comes arnulphus

**Peruenit.** ſpoliauit ep̄m laudiceū. ſ. rebus eccie ſue. ⁊ cōpulit ipm̄ iurare ꝙ nō repeteret ſic ablata. ꝑuenit hoc ad dn̄m pa. Ipſe hoc audito valde doluit dicens ꝙ ꝑ illud iuramentum nullo modo fuit obligatus vel aſtrictus. tn̄ ad cautelam ipm̄ abſoluit quia taliter coactus iurauit. Nota ꝙ iuramentū preſtitum ꝑ metum de rebus eccleſie nō repetendis nō obligat. Item a tali iuramento abſoluitur quis ad cautelā.

Ca. Rex francie ꝓmiſit re

**Peruenit.** gi anglie vel alicui alij preſtare conſiliū ⁊ auxiliū contra aduerſarios ſuos ſi ⁊ ipſe ſibi cōſiliū ⁊ auxiliū aduerſus ſuos ſimili modo p̄ſtaret iuramento interpoſito. vel interpoſitōe fidei ſuꝑ hoc preſtita. Rex anglie nō ſeruauit regi francie qđ promiſit. Dubitauit rex francie an teneretur ſibi ſeruare ꝓmiſſum. Rn̄dit pa. ꝙ nō dr̄ infringere ꝓpoſitum aut ꝓmiſſum. q in melius illud cōmutat. nec teneꝛ illi regi ad ꝓmiſſum ſeruandū. ſi cōſtat eū nō paruiſſe conditōi. etiā ſi iuramentū interueniſſet in illa ꝓmiſſione vl' fides hincinde data fuerit. No. ꝙ nō frangit ꝓmiſſum vel ꝓpoſitū ſuū q commutat illud in melius: Itē fidē nō ſeruanti fides nō eſt ſeruanda. Itē iuramentūꝫ vel fides data ſub cōditione nō obligat niſi conditio ſerueꝛ.

Caſus. Hic tradiꝛ forma qua-

**Ego. n.** liter epiſcopi iurant fidelitateꝫ dn̄i pa. et ſucceſſoribus ſuis. q immediate



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

ſpectāt ad romanā eccīaȝ. Et cōtinenť in ħ
capitulo ſeptē articuli. Prio ꝙ erit ſemꝑ
fidelis dn̄o pa. ⁊ eius ſucceſſoribus canōi-
ce intrantibus. Scd̄o ꝙ eius cōſilio in cor
pore nō ledať. Tercio ꝙ cōſiliū ſecretū qđ
ſibi dixerit nulli pādet. Quarto ꝙ adiutor
erit ad defendendū papatū ⁊ regulas ſctō
rū patrū. Quinto ꝙ vocatus ad ſinodū ꝓ
poſſe ſuo veniet. niſi fuerit impeditus cano
nico impedimento. Sexto ꝙ legatū aplice
ſedis honorifice tractabit ⁊ ꝓcurabit. Se-
ptimo ꝙ ſingulis annis ꝑ ſe vel ꝑ nunciuȝ
eccīam romanā viſitabit niſi fuerit abſolu-
tus. No. ex hac decre. ſeptē articulos q̊s
debet iurare ep̄us q immediate ſpectat ad
romanā eccīam. Nota ex iſto. ca. ꝙ ep̄s
iurat fidelitatē ſancto petro ⁊ romane ecc.
et pape tunc exiſtenti ⁊ ſuis ſucceſſoribus.
Nota ſubditus nō teneť obedire p̄lato ca-
nonice nō intranti in eccl'iam etiā ſi iuraſſȝ
obedire ſucceſſori. fa. c. alienatōes. xij. q. ij.
Nota ꝙ nō teneť ſubditus adiuuare p̄latū
ſuū etiā papā cōtra ordinē ſuū. qđ intellige
vt in gloſa huius decretalis colligiť.

Ca. Diciť hic ꝙ ep̄s
**Nullus epūs.** nō facit ſibi iurare cle
ricos niſi qbus cōmittit eccīas. Nota ꝙ
ep̄s pōt cōpellere clericos bn̄ficiatos vt ſi
bi iurent obedientiam.

Ca. Aliqs ꝓmiſit ſoluere
**Debitores.** vſuras. cuȝ vſure inhibite
ſint in iure canonico ⁊ diuino. q̄rebať vtrū
ille ſit cōpellendus ad eas ſoluēdas. Et rñ
deť ꝙ non dȝ cōpelli ad ħ. Si vero iurauit
ſoluere. tunc ꝓpter iuramentū dȝ cōpelli. ⁊
cū vſure ſolute fuerint. creditores ſunt cō-
pellēdi ꝑ cēſurā eccl'iaſticā vt eas reſtituāt
No. ꝙ ſm̄ canones obligatio vſurarū non
tenet. ſed iuramentū ſuꝑ hoc factū tenet et
debet ſeruari. Item vſure reſtitui debēt.

Ca. Quidā. P. noie quā-
**Ad noſtrā.** dam ſummā pecunie mutu
auit qbuſdā hoibus recipiēdo ab eis quaſ
dam poſſeſſiones ⁊ redditus in pignere p̄
ſtito iuramento ab eis ꝙ ipi. p. ſuꝑ illis nul
lū grauamē inferrent donec ſibi pecuniam
ſoluerent. Anteq̄ȝ de poſſeſſionibus ⁊ red-
ditibus illis ſortē ſuā deduxiſſet. ceperunt
illum coram archiepō moleſtare. ita ꝙ ꝑ ar
chiepm̄ dictus. P. fuit excōicatus. Unde
ſuꝑ his cōqueſtus fuit dn̄o pa. Et ipſe mā-
dat eidē archiepō ⁊ eius cōiudicibus qua
tinus recepta ſufficienti cautōe ab ipſo. P
ꝙ eorū debeat ſtare mādato ipm̄ abſoluāt
poſtmodū cōpellant creditores ſi eſt ita vt
poſſeſſiones ⁊ redditus p̄dictos eidē. P.
reſtituant. qr contra iuramentū ſuū veneřt
nec ſibi moleſtiā inferant vel grauamen do
nec ei pecunia fuerit reſtituta ſicut iurauе
runt. ⁊ cū pecunia fuerit ei ꝑſoluta cōpel-
lant dictū. P. vt quicq̄d recepit vltra ſor-
tem deductis expēſis reſtituat eis qđ ſi nō
fecerit excōicent illū. Nota ꝙ ſufficiens
cautio peti debet ab eo q vult parere man
dato eccleſie. Itē iuramentū ſemꝑ ſeruā
dum eſt etiā factū ſuꝑ vſuris ſoluēdis. licet
ꝓmiſſio vſurarū nō valeat. Itē creditor
nihil vltra ſortē petere pōt. expenſas tñ q̄s
fecit circa pignera pōt deducere.

Ca. Aliquis ꝑ me
**Si vero aliquis.** tū grauiſſimū com
pulſus fuit renūciare beneficiū ſuum. iura-
mēto interpoſito de eodē vlteri⁹ nō repetē
do. ⁊ ſic ille cōpulſor retinuit ſibi bn̄ficiū il-
lud. Queriť quis illorū debeat beneficiū il
lud habere an alter eorū vel neuter. Rn̄det
pa. ꝙ nō eſt tutū alicui venire contra iura-
mentū ſuū niſi illud tale ſit qđ ſeruari non
poſſit ſine ꝑiculo anime nec pa. vult alicui
dare materiā contra iuramentū ſuū veniē-
di. ne auctor ꝑiurij videať. tñ in ro. ec. a plu
ribus ro. pon. factū eſt ꝙ clerici q coacti be
neficiū ſuū abiurarunt. de iuramento bene
ficiū abſolutōis meruerunt. ⁊ ad coercen-
dam iniquitatē illorū q illos iurare cōpule
rant ꝑmiſſi ſunt eadem beneficia obtinere.
Nota ꝙ iuramentū ſemꝑ eſt ſeruandū dū-
modo in obſeruatōe ipſius periculū anime
nō vergat. Itē pa. nec etiā aliqs debȝ eē
auctor ꝑiurij nec dare alicui materiā peie-
randi. Itē a tali iuramento ꝑ metū p̄ſti
to quis abſoluiť ſi petat ⁊ conſtiterit ꝙ ta-
liter iurauerit aliter nō abſolueret.

Caſus. Quidā abbas
**Ex reſcripto.** treuereñ. monaſterij re
cepit q̄ndam ſummā pecunie. viij. milium



ſolidorum a petro creditore qui cum abba
te ⁊ fratribus quandā conuentōnē fecit ad
hoc vt illa conuentio ſeruareť. abbas quoſ
dam de monachis ſuis obſides dedit qui
iurauerunt cōuentionē illam ſeruare. ita ꝙ
ſi illi obſides deficerent alij monachi in ob
ſtagio loco illorū ponereńť. ⁊ ſi monachi ħ
nō ſeruarent. abbas dedit fideiuſſores. xv.
et eius vxorem. qui ſimiliter fidē p̄ſtitiſſe
dicuńť. Abbas ⁊ monachi venire volebāt
contra ꝓmiſſionē ⁊ conuentionē ſuam. Si
gnificatū fuit hoc dn̄o pa. Unde ipſe man
dat quibuſdā quatinus abbatem ⁊ mona-
chos ⁊. xv. ⁊ eius vxorem moneant vt con
uentionē illam faciant obſeruari ſicut iura
uerant. alioquin abbati ⁊ monachis ingreſ
ſum eccleſie interdicant. ⁊ in terra p̄fati.
xv. ⁊ eius vxoris diuina officia prohibeant
celebrari vſq; ad ſatiſfactionē condignam.
Nota monachos obſides dari poſſe. Itē
iuramentum ſemper ſeruandum eſt dum-
modo ſine periculo anime poſſit ſeruari.
Item propter delictū alicuius poteſt ter-
ra eius interdici.

Caſus. Guil. clericus ꝓ
**Querelam.** miſit iuramento interpo-
ſito. R. clerico linconieñ. ſe ſoluturū annu
atim ipſi. r. duos biſantios noie eccleſie de
ſcatan. ſed ꝑ biennū in ſolutione penſionis
ceſſauit. Propter quod dictus. R. cōque
ſtus fuit dn̄o pa. Suꝑ hoc ſcribit pa. iudi-
cibus dicens ꝙ nō mereńť eccleſias rege-
re qui ſunt crimine ꝑiurij irretiti. vnde mā
dat pa. quatinus ſi conſtiterit dictū. G. cō
tra iuramentū ſuū ceſſaſſe in ſolutione pen
ſionis nō neceſſitate ſed voluntate. ab ipſa
eccleſia ipm̄ remoueant ⁊ eam p̄fato. R.
reſtituant. Nota ꝙ periuri eccleſias re-
gere nō debent. Item cum aliquis ceſſat
in ſoluti⁹ne cēſus. ꝑ biennū amittit rei de
tentionē ⁊ res dn̄o reſtituiť. Itē neceſſi
tas excuſat a ꝑiurio.

Ca. Monachi ſeu viri reli-
**Tua nos.** gioſi habent aliq̄ñ p̄ntatio-
nem in eccleſijs a quibus certam ꝑcipiunt
penſionē. cum ipſi eligunt clericos ad eaſ-
dem eccleſias conſtringunt eos iuramēto
ad maiorem penſionē ſoluto ꝑſoluendam.
vel p̄ſtandū aliquid preter ſolitam pēſio
nem. cum vero ep̄i eos inſtituunt. iurāt ꝙ
penſionē annuam nō augebunt. queriť hic
quod iuramentū ſit ſeruandū. Reſpondet
papa ꝙ poſterius iuramentū rōne ⁊ aucto
ritate lateraň. concilij iuuať. ⁊ ideo primo
p̄iudicat quod de cupiditate proceſſit. Ue
rumtñ iuſtum eſt vt clerici illi ꝓ ꝑiurio qđ
vitare nō poſſunt. ab eccleſijs perpetuo re
moueańť. Nota ꝙ penſio annua augeri
nō debet. Item ſi quis duo fecerit iura-
menta quod maiori iuuať rōne eſt obſeruā
dum. Item temerariū iuramentū repel-
lit ab eccleſia.

Caſus. Quidam ep̄i
**Cum quidam.** de ſardinia receperť
a quibuſdā creditoribus quandā pecunie
quantitatē. ⁊ iurauerunt illam ad certū ter
minū ꝑſoluere. quod facere contēpſerunt.
queriť quid ſit iſtis ep̄is faciendū ꝓ eo qđ
contra iuramentū venerunt. Rn̄det pa. ꝙ
in ipſis tanto grauius eſt vindicandū quā-
to maiori dignitate precellūt. ⁊ qr eorū ex-
emplo alij ad ſimilia ꝓuocańť. Illi vero
Quidā iurauerunt non loqui patri vel ma
tri. ſorori vel fratri. nec aliquod ſubſidium
impartiri eiſdem. Diciť ꝙ iſti ab iſto illici-
to iuramento ſunt abſoluendi iniuncta eis
penitentia ꝓ eo ꝙ male iurarunt. Nota
ꝙ plus debent puniri maiores q̄ȝ minores
Item factum maiorū trahiť a minoribus
in exemplū. Item iuramentū licituȝ non
obligat ⁊ ad cautelam a tali iuramento qs
abſoluitur.

Caſus. Prior cu-
**Sicut ex litteris.** iuſdam monaſterij
iracūdie calore cōmotus iurauit ꝙ in clau
ſtro eiuſdem monaſterij in quo ꝓfeſſionem
fecit decetero cum. G. monacho nō mora
retur. Abbas ſuus dubitauit ſuꝑ hoc. Cō-
ſuluit papam. Et ipſe reſpondit ꝙ nō licu-
it illi monacho temerariū facere iuramen-
tum contra fidem ſue ꝓfeſſionis ⁊ ſue ſta-
bilitatis ꝓpoſitum. vnde mandat eidem ab
bati. vt talem p̄niam ſibi iniungat ꝙ alij il-
lius exemplo deterriti ſimilia ꝑtimeſcant ⁊
in clauſtro quod abiurare nō potuit ſtabili
tate perpetua ſuaȝ p̄niam agat. Nota ꝙ



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

temerarium iuramentū nō eſt ſeruandum.
Item iuramentū contra profeſſionē ⁊ ſta-
bilitatem ꝓmiſſam nō tenet. Item pena
vnius debet eſſe metus multorū.

Caſus. Clemēs papa ter

**Veritatis.** cius induiſit Guill. regi ſi-
cilie vt ipſe nō teneret ſibi preſtare iuramē
tum fidelitatis ꝓ regno ſicilie ita tñ ꝙ per
hoc nō fieret ſibi vel ſucceſſoribus ſuis pre
iudiciū quominus ſibi ⁊ ſucceſſoribus ſuis
heredes ſui fidelitatē facere tenerent. Su-
per iſta indulgentia queſtio mota fuit in p̄
ſentia regis vtrū ſinguli heredes regis ſin
gulis ſucceſſoribus clementis deberent p̄
ſtare fidelitatē. Duo cardiales legati apo
ſtolice ſedis indulgentiā illam ſic interpre
tati fuerunt ꝙ heredes regis tenebant p̄-
ſtare fidelitatē dño pa. clementi ⁊ ſucceſſo
ribus ſuis ꝑ iuramentū. quo preſtito alijs
iurare poſtmodū minime compellant. Cō
ſultus fuit pa. ſuꝑ illa interpretatiōe. ⁊ ipſe
reſpondit vt heredes regis poſtq̄ ſic iura-
uerint ſucceſſoribus ſuis iurare nō compel
lant. tñ ita tenent eis ſeruare fidelitatē ac
ſi iuraſſent. hanc formā habuiſti. ē. e. Egō.
N. hec colligunt ex antiqua decre. No. ꝙ
iuramētū fidelitatis tranſit ad ſucceſſores
q: hoc actū fuit expreſſe. Item licet vaſal
lus nō iuret fidelitatē ſucceſſoribus dñi. te
net tñ eis eſſe fidelis ac ſi iuraſſet.

Caſus. Quidā iura-

**Verum in ea.** uerunt inuiti ⁊ cōpul
ſi ꝓ vita ⁊ rebus ſuis ſeruandis. querebat
an iſti indigeant abſolutōe. an ipo iure ſint
abſoluti. Reſpondit pa. ꝙ nihil dicit hic a
liud q̄ anteceſſores ſui dixerūt qui taliter
iurantes abſoluerunt. Verumtñ vt aufera
tur materia peierandi nō eſt eis dicendum
vt iuramenta nō ſeruent. ſed ſi ea nō ſerua-
uerint nō ſunt ꝓpter hoc tanq̄ ꝑ mortale
crimen puniendi tanq̄ ꝓ directo periurio
Nota ꝙ iuramētū metu extortum eſt obli
gatorium ex quo aliqui a tali abſoluuntur.
Item ſi quis tale iuramentū nō ſeruet de-
bet puniri non tanq̄ ꝓ directo periurio et
voluntario. Item tranſgreſſio huius iu-
ramenti nō dicit ſimpliciter mortale pecca
tum. Item metus iuſtus penā attenuat.

Caſus. Quidam venetus

**Veniens.** nomine alanus habuit ver-
ba cum. M. mauricū. ⁊ conuitia inter ſe in
ferēdo. propter quod ille. A. graues inimi
cicias dicit incurriſſe. quidā amici vtriuſq;
partis volentes eos reducere ad concordi
am ſuggeſſerūt illi. A. vt in ſatiſfactionē in
iuriarū iuraret ſtare mādatis. B. L. et. M
conſanguineis ipſius. Ille non credens ſe
tale quid feciſſe propter quod aliqđ graue
deberet ſibi imponi iurauit ſtare mandatis
illorū. ipſi preceperunt ei ſub debito iuramē
ti ꝙ nunq̄ curiā ducis intraret niſi qñ om-
nes generaliter vocarent. Iſte recepto ta-
iniquo mandato acceſſit ad pa. exponens
ſibi predicta adijciens ꝙ erat conſiliarius
ducis ⁊ pluribus eccleſijs quarum erat ad
uocatus iuramento tenebat in iure ſuo ad
eſſe. ⁊ nullo modo taliter iuraſſet ſi manda
tum contrariū ſibi preſciuiſſet. Unde ſuꝑ
hoc ſcribit papa illis tribus ciuibus vene-
tis dicens ꝙ ipſe ſuper hoc ſcribit patriar
che grandeū. vt ſi mandatū illud priori iu-
ramento licite facto repugnet ipſum aucto
ritate pa. denunciet nō ſeruandū. Nota
ꝙ cum aliquis alicui ſimpliciter aliquid iu
rat mandatū debet eſſe ydoneū nō iniquū
vt hic patet. alˀs relaxat mandatū. Item
iuramentū contrariū alij iuramento licite
facto ſeruandū nō eſt.

Caſus. Aliquis iurauit defen-

**Breui.** dere ac ſeruare pro poſſe ſuo iu
ra alicuius eccleſie. eccleſia requirit ipſum
neceſſitate imminente ſub debito iuramen
ti. ipſe appellat. querit vtrū incurrat periu
rium ſi eccleſiam nō defendat. an pretextu
appellationis a periurio excuſet. Reſpon-
det pa. ꝙ in hoc articulo appellatio nō ex-
cuſat illū a periurio imo piurij reatū incur
rit niſi difficultas ſiue neceſſitas iuſta excu
ſet propter quā non poſſit eccleſie ſubueni
re. Nota ꝙ appellatio fruſtratoria nō ex
cuſat aliquem ab eo quod facere tenetur.
Itē neceſſitas ſiue impoſſibilitas excuſat a
periurio.

Caſus. Quidam conſiliarij

**Quanto.** regis aragonū imo potius
deceptores induxerūt ipm vt iuraret irre



quiſito aſſenſu populi vſq; ad certū tp̄s pa
tris ſui conſeruare monetā que circa mor-
tē eiꝰ legitio pondere fuerat diminuta. ita
ꝙ graue ſcandalum in populo ortum erat.
Hoc intellecto rex ꝙ indiſcrete fecerat re-
uocare volebat. et ſatiſfacere populo. Uñ
petijt abſolui ab hmōi iuramento. Pa. ſcri
bit eidem dicens. ꝙ in caſu iſto nō tam eſt
abſolutio neceſſaria. q̄ interpretatio adhi
benda. cum eñ iuramentum illud fecit. aut
credebat monetā illam falſam eſſe. aut legi
timam. ſi falſam. iuramentū fuit illicitum. ⁊
ideo nō ſeruandū. ⁊ pro eo debet illi peni-
tentia indici. ſi vero credebat legitimā. iu-
ramentū licitum fuit. et ideo ſeruandū. Et
papa conſulit illi vt moneta illa reprobata
que diminuta fuerat a legitimo pondere a
lia moneta cudat noie patris ſui. ⁊ illam re
ducat ad legitimū ſtatum quē habuit tpe
patris ſui meliorem ⁊ ſic iuramentū ſerua-
bit. Verumtñ ſi credebat monetā diminu-
tam qñ iuramentum illud p̄ſtitit ⁊ ſua eum
conſcientia remordet confiteat peccatum
ſuū ⁊ ꝓ illicito iuramento penitentiā agat.
Nota ꝙ iuramentū aliqñ recipit intepreta
tionē vt hic patet ⁊ ꝙ aliqñ requirit abſo-
lutionē. Itē iuramentū nō eſt vinculū ini
quitatis ⁊ ad licita et honeſta ſemꝑ debet
referri. Item iuramentū illicitū non eſt
ſeruandum.

Caſus. Quidā ciuis tu-

**Venientes** dertinus. S. noie conuē
tus fuit ab aduerſario ſuo corā iudice ciui
tatis ſuꝑ quibuſdā poſſeſſionibus. Iudex
auditis meritis cauſe. condēnauit ipm ad
reſtitutionē rerum petitarū. Ab illa ſenten
tia appellauit ad dñm papā. Conſules ci-
uitatis nō obſtante appellatione ſnīam il-
lam executioni mādarunt inducētes acto-
rem in poſſeſſionem rerum de quibus que
ſtio vertebat. Suꝑ hoc appellans conque
ſtus fuit dño pa. cui ſubeſt ciuitas illa quo
ad tpalem iuriſdictionē. Unde ipſe conſuli
bus ⁊ populo tudertino mandauit vt poſ-
ſeſſionē ipſam reſtituant appellanti. alioqn
nouerint ꝙ ipſe mādauit micerino epo vt
eos ad id eccle. cen. compellat. cuius nego
cij occaſione p̄mittit pa. que precedunt di

cens ꝙ ipſi tenent humiliter ⁊ deuote ap
pellationibus ad ſe. ap. interpoſitis defer-
re. quia etiā leges ſeculares poſt ſnīam be-
neficiū appellationis nō denegant aggra-
uatis ſed ipſi ſnīas appella. ſuſpenſas exe-
quunt. Cōſules tudertini ſe ſuꝑ hoc excu-
ſabant in p̄ñtia pa. dicentes. ꝙ cum aliqui
vocant ad officium cōſulatus iurant ꝙ ſu-
per mutuis ⁊ plagiarijs iudicabunt ſm cō
ſuetudinē ciuitatis. ⁊ infra. xxviij. dies ſen
tentias exequent. Unde ſaluo hmōi iura-
mento nō poterant deferre appellationibꝫ
Sed contra iſtam excuſationē dicit pa. ꝙ
iudices iurant iudicare ſm leges. ſicut con
ſules iſti iurant iudicare ſm conſuetudinē
ciuitatis ſue. ⁊ iō ſicut iudices poſſunt gra
uare ſubditos contra leges ſic et conſules
iſti poſſunt contra conſuetudinē ſuos ſub-
ditos aggrauare. Unde p̄cepit eis quati-
nus appellationibus ad ſe. ap. interpoſitis
deferant hūiliter ⁊ deuote cum iuramentū
illud eos excuſare non poſſit in quo ius ſu
perioris intelligit exceptū. Nota decre.
iſtam ad plura argumenta. primo ad illud
ſnīa diffinitiua a qua eſt appellatū nō debꝫ
executioni mādari. quod ſi fiat executō de
bet reuocari vt hic patꝫ. ⁊ ideo deferre de
bet iudex appellationi ⁊ nihil innouare ea
pendente. Item in iuramento ſemꝑ ius
ſuperioris intelligit exceptū et cuiuſcunq;
alterius q: iuramentū factū in preiudiciū
alterius nō valet cum illud obſuari nō poſ
ſit. Item iuramentū ꝑſonale eſt.

Ca. Quidā

**Ad noſtram noueris.** ciues piſani
J. et. G. cuidam vſurario. P. noie multas
ꝑſoluerunt vſuras iuramento interpoſito.
ꝙ nec ꝑ ſe nec per alium p̄dictas vſuras re
peterent. vel apud eccleſiaſticū iudicem vl'
etiam ſecularē ſuꝑ his deponerent queſtio
nem. Creditor poſtmodū condidit teſtamē
tum in quo p̄cepit heredibus ſuis vt omni
bus qui porbarent ſe dediſſe vſuras eidem
ipſas eis reſtituerent. Sed dicti. J. et. G.
nō audebāt repetere vſuras propter hmōi
iuramentū. ⁊ heredes nō ſatiſfaciebant eiſ-
dem. Peruenit hoc ad noticiam dñi pape
vñ mandat piſano archiepo quatinus ſub



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

pena excõicationis publice in eccleſia ꝓpo nat vt qui ſuꝑ hoc veritatē nouerint proce dant ad teſtimoniū ꝓferendū. ⁊ ſi conſtite rit de p̄miſſis cōpellat heredes illius ꝑ cē. ecc. vt vſuras quas pater illorū a predictis recepit reſtituant vniuerſas. Nota ꝙ hic recipiunt̄ teſtes lite nō conteſ. q2 ꝓcedeba tur in modū inq̄ſitionis ſiue denunciatōis et ex officio iudicis. Itē q̄ non pōt agere ꝓpter iuramentū pōt denunciare. Itē a liq̄d cōcedit̄ vna via. ⁊ alia denegat̄. Itē vltime volūtatis executio ſpectat ad eccle ſiam ſi heredes exequi noluerint.

Ca. Archiep̄s neapoli

**Ad noſtram.** tanus quaſi ꝑ extorſio nem p̄ſtitit iuramentū ꝙ in omni cā ſerua ret ordinē iudiciariū. dubitauit archiep̄us vtrū in notorijs ordinē iudiciariū ſeruare deberet p̄textu illius iuramenti. Reſpon dit pa. archiep̄o ꝙ ſm canones manifeſta nō indigent accuſatione. nec in eis ordo iu diciarius ſeruādus eſt q̄ debet in cauſis a lijs obſeruari. nec archiep̄s habebat in mē te qn̄ iurauit modo p̄dicto vt ꝓpterea ve niret contra canonicas cōſtitutōes. alioq̄n nō iuramentū ſed periuriū extitiſſet. nec ali quo modo eſſet ſeruādum. Vn̄ papa beni gnius interpretat̄ illud iuramentū ita ꝙ ſit conſonū iuri. dicit enī ꝙ in manifeſtis ⁊ no torijs rōne predicti iuramenti nō tenet̄ ſer uare ſubtilitatē ordinis iudiciarij. q2 in his ꝑ omnia ſeruare nō debet. vn̄ ſi quis ſubti liter intelligat de ordine iuris vt in p̄miſſis nō debeat ꝑ omnia iudiciariū ordinē ſerua re. tn̄ bene poſſet intelligi ꝙ iurauit ſm re ctum intellectum vt in omnibus cauſis or do iudiciarius obſeruet̄ in illis videlicet in q̄bus eſt ordo iuris ſeruandus. ſi archiep̄s ſic fecerit ⁊ iuramētū ſeruabit ⁊ iura cano nica nō offendit. Nota ꝙ manifeſta accu ſatione nō indigent. Itē iuramentū con tra canones p̄ſtitū nō tȝ. Itē iurare cōtra ius nō iuramentū ſed potius periuriū eſt. Item iuramentū directe ſeruari pōt vel ꝑ interpretationē ſeruandū eſt. Itē in du bijs benigna debet fieri interp̄tatio. Itē in notorijs ꝑ omnia ordo iudiciarius nō ē ſeruandus. Itē ar. ꝙ verbū generale nō eſt generaliter intelligendum.

Caſus. Dñs pa.

**Ea te credimus.** mādauit archiepi ſcopo turicano quatinus noīe romane ec cleſie iuramentū fidelitatis exigeret ⁊ reci peret a iudice kalaritano ꝓ ipſo iudicatu. Iudex ille requiſitus noluit iuramentū il lud exhibere. aſſerēs ꝙ illud preſtiterat pi ſano archiep̄o ſaluo eccleſie roma. hono re. Papa hoc intelligens ſcribit ſuꝑ hoc iu dici ſupradicto dicens ꝙ non remittit̄ de bitum ſed auget̄. cum alicui ſoluit̄ quod a lij eſt p̄ſtandum ſed cum iuramētū illud ec cleſie ro. dictus iudex p̄ſtare tenet̄. ſi iura mentū iam preſtitū contrarium reputet illi quod dño pa. p̄ſtare tenet̄. primū illicitum eſt. ⁊ illo nō obſtante illud p̄ſtare debet q̄d ab eo petitur. ſi vero primū iuramentū nō eſt contrariū preſtando iuramento. illud ſi ne mora preſtare debet. Nota ꝙ nō re leuat̄ a debito qui alij ſoluit quod alij debȝ Item cum duo iuramenta contraria ſunt videndū eſt quod magis ſit licitum altero reiecto illud ſeruetur.

Caſus. Filie quinta

**Quintauallis.** uallis venerūt ad ver ba cū quibuſdā mulieribus alijs ⁊ eis mul tas iniurias irrogarūt. ꝓpter quod dictus quintauallis iurauit ſtare mandatis illarū. que tale fecerunt illi mādatū ſub debito iu ramenti. ꝙ ſi aliq̄n filij aut filie aut vxor il lius aliquod factū vel verbū contumelioſū mulieribus illis obijcerēt idem quintaual lis filios ⁊ filias exheredaret ⁊ vxorem a ſe remoueret. Quintauallis recepto tam ini quo mādato ſignificauit hoc dño pa. Vn de mandat ep̄o alatrino quatinus p̄dictis mulieribus iniungat vt mandatum illud re uocent cum licitum fuerit iuramentū ⁊ mā datum illicitū. alioquin denunciet illū non teneri ad obſeruandū hmōi mandatū. No ta ꝙ cum aliquis ſimpliciter iurat ſtare mā datis alicuius licitum debet eſſe mandatū alioquin mandatum non ligat.

Caſus. Quidā. B. nomine

**Tua nos.** et. A. vxor eius adinuicem iurauerunt ſe nunq̄ꝫ mutuo petituros que ſiuit ordinarius quid ſibi ſuꝑ hoc eſſet agē dum. Mandat pa. eidē quatinus vtrunqȝ inducat ad continentiā obſeruandā. quod ſi facere voluerint ⁊ eam ſeruare maneant ſeparati. alioquin compellat̄ mulier ad vi rum redire. cuȝ iuramentū illud temerariū fuerit ⁊ vterqȝ illorum adulteriū commiſit. Nota ꝙ iuramentū nō p̄iudicat matrimo nio ſed econuerſo matrimoniū preiudicat iuramento. j. de ſponſalibus. c. pe. Item paria delicta mutua cōpenſatōe tollunt̄.

Caſus. Quidā

**Quemadmodum.** iurauit ſe duc turū aliquā in vxorē que poſt iſta ſpōſalia ſic contracta fuit fornicata. querit̄ an tene atur eam ducere in vxorem p̄textu huius iuramenti. Rn̄det pa. ꝑ ſimile ⁊ quaſi a ma ori ſi vir iuraſſet mulieri qn̄ contraxit cum illa ꝙ eam ſemꝑ ꝓ legitima teneret vxore. eam nō poſſet dimittere pro fornicatione quā ante contractū matrimoniū cōmiſiſſet ſed ſi poſt contractū matrimoniū ⁊ p̄ſtitū iuramentum fornicatur dimittere eam poſ ſet nō obſtante hmōi iuramento. q2 in illo talis conditio ſubintelligebat̄ ſi illa contra legem matrimonij non peccaret. Eodē mō ſi aliquis iurauit ſe ducturū aliquā in vxo rem nō poteſt ei fornicationē opponere p̄ cedentem. ſed ſubſequentē vt eam ducere nō teneat̄. quia in illo iuramento talis de bet conditio ſubintelligi ſi illa contra legē deſponſationis nō venerit. alioquin ſi poſt tale iuramentū fieret publica meretrix eaȝ ducere teneret̄. q̄d eſſet prorſus abſurdū. et hoc ꝓbat ꝑ locum a maiori. ſi vir poſt cō tractum matrimoniū ꝓpter fornicationem dimittere poteſt vxorem. multo fortius an̄ coniugiū celebratū ꝓpter fornicationē ſpō ſus pōt nō admittere ſponſam. q2 turpius eicitur q̄ꝫ nō admittit̄ hoſpes. nec obſtat iu ramentū in aliquo iſtorū caſuū q2 iuramen tum illud tale eſt ꝓpter cōditionē ſubintelli gendam quod pōt ſeruari ⁊ nō ſeruari ſine tranſgreſſione iuramenti. Preterea ſi poſt hmōi iuramentū mulier fieret leproſa vel ꝑ alitica vel naſum amitteret vel quicq̄ꝫ tur pius ei contingeret nunquid teneret̄ eam ducere in vxorem. Rn̄detur ſi eſſet vxor de p̄ñti eam dimittere non poſſet. ſi ſponſa de futuro eam ducere nō teneret̄ q2 multa im pediunt matrimoniū contrahendū q̄ nō di rimunt iam contractū. Illud antē. In. §. iſto alia queſtio ponit̄ que talis eſt. Aliq̄s iurauit ꝙ ſuꝑ nullo crimine accuſaret vxorē querit̄ an iſtud iuramentū eſſet ſeruādum. Rn̄det pa. ꝙ iuramentū tale temerariū eſt q2 ſi mulier fieret infidelis ⁊ nollet cohabi tare viro ſine cōtumelia creatoris vel illum traheret ad mortale peccatū. debet ſtatim illam accuſare apud iudicē ſuū. ⁊ niſi ſe cor rigat illā dimittere debȝ ſm canones. Sed ſi iurauit expreſſe ꝙ eam ſuꝑ adulterio nō accuſaret nunq̄d debet ſeruari hoc iuramē tum. ⁊ videt̄ ꝙ nō. q2 dicit ſcriptura. patro nus eſt turpitudinis q̄ crimen celat vxoris et in euangelio dicit̄. ſi primo ⁊ ſcd̄o corre cta ſe nō emendat dicendum eſt eccleſie vt tanq̄ꝫ ethnica ⁊ publicana poſtmodū euite tur. Sed contrariū videt̄ ꝙ ſit ſeruandum. quia nō ſolum ſepties ſed ſeptuageſies ſe pties dimitendū eſt vxori peccanti. Rn̄det papa ꝙ in hoc caſu tutius eſt ꝓpter iuramē tum vt eam nō accuſet ad diuorcium cele brandū. ſed denunciare debet illam ad pe nitentiā ꝑagendā. Nota ꝙ in iuramēto honeſte conditōes ſubintelligunt̄ q̄uis nō opponant̄. Item nō poteſt q̄s reprobare vxorem quā approbauit ex cā p̄cedēti ma trimoniū vel ſponſalia. Itē multa impe diunt matrimoniū cōtrahendū q̄ non diri munt iam contractū. Item matrimoniū de p̄ñti nullo caſu ſuꝑueniente diſſoluit̄ ni ſi an̄ carnalē copulā ꝓfiteat̄ alter. Itē ſi q̄s iurat ſimpliciter nō accuſare vxorem te merariū eſt iuramentū. Item ſi q̄s iurat nō accuſare vxorem de adulterio. ſ[er]uandū eſt iuramentū. tn̄ debet eam denunciare vt peniteat. q̄d ſi nō fecerit poterit eam dimit tere ⁊ ita alia via conſequit̄ intentionē ſuā et alia denegat̄. Item q̄ nō poteſt accuſa re poteſt denunciare.

Ad finem capituli col

**Et ſi chriſtus.** lige caſum et cau ſam conſtitutionis huius decre. Abbas ⁊ mo nachi caſtilionis habebant cauſas ꝓ mona ſterio ſuo. dubitabant vtrum liceret eis fer re teſtimoniū ⁊ iurare ꝓ cauſis monaſterij



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

ſui. Et videbaẜ eis ꝙ nō deberent iurare.
Primo auctoritate euangelij dicentis. ſit
ſermo veſter eſt eſt. nō non. qđ amplius eſt
a malo eſt. Itē iacobus apl'us videẜ ꝓhibe
re iuramentum dum dicit. Ante omnia fra
tres mei nolite iurare Dñs papa cōſultus
rñdit primo auctoritate euangelij ⁊ eam ex
ponit dicēs. Sit ſermo veſter eſt eſt. nō nō
vt affirmatio vel negatio ſicut procedit ex
ore ita ꝓcedat ex corde. tñ qꝛ malicia hoim
faciēte nō crediẜ de facili ſimplici affirmati
oni vel negationi. ideo adiūxit qđ amplius
eſt a malo eſt. illud amplius. ſ. iuramentum
non eſt malum. ſed a malo illius q non vult
credere niſi iureẜ. ⁊ eſt pena illius nō culpa
Et licet dñs videaẜ ꝓhibuiſſe iuramentum
non tamen ꝓhibuit iurare ꝑ creatorem ſed
ꝑ creaturā. Vñ cū ꝑmiſit nolite iurare om-
nino. ſtatim ſubiunxit. neqꝫ ꝑ celum. neqꝫ ꝑ
hieroſolimā. tñ ſi iureẜ ꝑ creaturā ſuandū
eſt iuramentū dūmodo licitū eſt ꝙ iuratur
Scđo rñdit auctoritati iacobi apl'i dicēs ꝙ
iacobus nō ſimpliciter ꝓhibuit iuramentū
ſed voluntatē iurādi dum dixit. an̄ oia frēs
mei nolite iurare oino. qꝛ nullus debꝫ iura
re ſpontanea voluntate niſi neceſſitate inſtā
te ⁊ tunc licite iuraẜ. dūmodo iuramentū
habeat tres comites. ſ. veritatē. iudiciū. ⁊
iuſticiā. ſed ꝓhibuit iurare ꝑ creaturā. Vñ
dicit apl's hoies ꝑ maiorē ſuū iurant. oſtē-
dens per quem ſit iurandum. i. per deum.
Et ꝙ iurandum ſit in neceſſitate oſtendit
exemplo angeli qui iurauit per viuentem
in ſecula ſeculorū. ⁊ exēplo dñi q legiẜ plus
dixiſſe ꝙ̄ eſt eſt. nō nō. dum dixit. In veri-
tate dico vobis. Si eñ iuramentū malum
eſſet dñs nō iuraſſet. Tercio dẜ qđ quedā
ꝓhibenẜ qꝛ ꝑ ſe mala ſunt. quedā vero ꝓhi
benẜ ex cā. nō qꝛ mala ſint ſed qꝛ ſi fiant fre
quenter inde mala ſequunẜ. ſicut vinū ꝑ ſe
malū nō eſt. ſed ex frequēti ⁊ incauta pota
tione luxuria generaẜ. Vñ dixit apl's. No-
lite inebriari vino in quo eſt luxuria. Sic ⁊
iuramētū ꝑ ſe quidē malū nō eſt. cum ſit cō
firmatio veritatis. ſed tñ ꝓhibeẜ ex cā. quia
ex frequenti ⁊ incauta iuratione ꝑiuriū ſe-
pe contingit. Vñ legiẜ. Vir multū iurans
implebiẜ iniquitate. Sicut paulus cōceſſit
diſcipulo ſuo thimotheo vt vtaẜ modico vi-
no ꝓpter ſtomachum. ſic certe cum exigit
neceſſitas ꝓ reuera licita ⁊ honeſta poteſt
iurari. qꝛ ceſſante cā ceſſat effectus. Vltio
rñdit pa. queſtioni ꝓpoſite. Licet eñ ſint
viri ꝑfecti vt quantūcunqꝫ poſſint iuramē-
tum vitare debeant tñ concedit eis ne pro
pter defectum teſtiū monaſteriū ſuum ſui
iuris ſuſtineat leſionem. vt deficientibus a
lijs teſtibus poſſint in cauſis monaſterij ſui
veritati teſtimoniū ꝑhibere. Nota ꝙ per
creatorē ⁊ nō ꝑ creaturam iurādum eſt. tñ
ſi ꝑ creaturam iureẜ ſeruandū eſt iuramen
tum ſi licitum eſt qđ iuraẜ. Itē in neceſſi
tate iurandū eſt. dum tñ iuramentū habe-
at veritatē iudiciū ⁊ iuſticiam. Item ꝑ iu-
ramentū delatū deciditur queſtio. Item
quedā ſunt ſimpliciter mala ⁊ ideo ꝓhibita
quedā vero ſunt ſimpliciter bona ſed ꝓhi-
benẜ ex cā. Itē ceſſante cā ceſſat effectus
Itē monachi ⁊ clerici deficiētibus alijs te
ſtibus poſſunt ferre teſtimoniū ꝓ eccleſijs
ſuis.

Ca. Vacāte eccleſia
**Sicut noſtris.** tutertina canonici añ
ꝙ̄ tractatus aliqs habereẜ de paſtoris ele
ctione quedā iuramenta in dannū epālis
iuris fecerunt. poſtmodū vnus ex illis ele-
ctus exiſtit in epm. ⁊ conſecratus eps ipſe
videns ꝙ ex hoc redditus epales diminue
banẜ. queſiuit a pa. vtrū iuramēta illa eēnt
ſeruanda. Papa conſiderans ꝙ iuramen-
tum nō fuit inſtitutū vt iniqtatis vinculum
eſſet. ⁊ iuramenta que cōtra vtilitatē eccle
ſiaſticā attemptanẜ. nō iuramenta ſed ꝑiu-
ria dicunẜ. ꝓ iuratōe incauta fecit ei pniaꝫ
imponi. mādans epo amelieñ. q̄tinus a ca
nonicis illis ſuꝑ ꝑmiſſis veritatē inquirat.
et ſi ita eſſe inuenerit. in ſtatū priſtinū redu
cat quicqd in dannū epālis iuris attēpta-
tum eſſe repererit. Nota ꝙ iuramentū
in damnū eccleſie datū nō eſt ſeruandum.
nec obligat ſed potius ꝑiuriū dẜ. ⁊ de h̄ de
bet penitentia imponi.

Ca. Aliquis alie-
**Cum contingat.** nauit res dotales
et alias quas donauerat vxori ꝓpter nu-
ptias pñte vxore ⁊ conſentiente alienatōi.



et ne vxori vlterius contra alienationē ve-
niat firmauerat ꝓprio iuramento ꝙ contra
alienationē nō veniret. Poſtmodū matri-
monio ſoluto nituẜ venire in contrarium
Conſultus pa. rñdit ꝙ licet conſenſus mu
lierū nō videaẜ in talibus obligatorius ſm
leges tñ debꝫ mulier ſeruare hmōi iuramē
tum. ne tali ꝑtextu viam cōtingat ꝑiurijs a
periri. Et hoc eſt verum ſi iuramentū tale
ſine vi ⁊ dolo ſponte ꝑſtitum fuit. cum in ꝑ
iudiciū alterius nō redundet nec obſerua-
tum vergat in diſpēdiū ſalutis eterne. No
ta ꝙ iuramentū ꝑualet legi. Item via ꝑ-
iurijs nō debet aperiri. Item iuramentū
ſemꝑ ſeruandū eſt ex quo ſine periculo ani-
me ſeruari pōt. Item iuramentum factū
in ꝑiudicium alterius nō tenet a contrario
ſenſu. Item iuramentū metu vel dolo nō
ligat.

Ca. Quidā. H. noie. et.
**Sicut et. J.** J. iurauerunt adinuiceꝫ
pacem ſiue treugā inter ſe ſeruare. tandem
dictus. H. mouit bellū contra ꝑdictum. J.
ſpoliando ipm quibuſdā bonis ſuis. Vñ ꝑ
fatus. J. conqueſtus fuit dño pa. qualiter.
H. ipm contra iuramentū veniens ſpolia-
uit petens ab ipſo iuramento ꝙ illi. H. pre
ſtiterat abſolui. Pa. mandat quibuſdā q̄ti
nus ſi cōſtiterit ꝑdictū. H. iniuſte mouiſſe
bellum contra ipm. Inducant ipum. H. vt
reſtituat vniuerſa que ꝑ hmōi violentiā oc
cupauit. ⁊ a ꝑſtito ſibi iuramento abſoluāt
eundem. Quod ſi facere noluerit excōicēt
ipm ⁊ terram eius ſubijciāt interdicto ſi ꝑ
miſſa veritate nituẜ. Iuramentū qđ. J. ſe
aſſerit ꝑſtitiſſe. ipm nō ligat q preſtitit. ſi de
aſſenſu factum eſt vtriuſqꝫ. dum ille cui pre
ſtitum fuerat ſeruare negligit quod ꝓmiſit
Nota ꝙ ea q̄ auferunẜ in bello iniuſto ſunt
reſtituenda. ergo a cōtrario ſenſu. ſi bellū
ſit iuſtum poſſunt licite retineri. Item fi-
des nō eſt illi ſeruanda qui fidem nō ſeruat

Caſus. Clerici iuramēta fide-
**Nimis.** litatis laicis ꝑſtare nō debent
cum nihil tpale teneant ab eis quia ſeruus
ſuo dño ſtat aut cadit. Nota econuerſo
ſi clericus tenet tpalia a laico debet ei pre-
ſtare fidelitatis iuramentum.

Caſus. Anthiochena eccle-
**Petitio.** ſia vacante princeps anthio-
chenus timens conſpirationes fieri cōtra
ipm iuramentū extorſit a canonicis anthi-
ochenis ꝙ nō eſſent decetero contra ipm.
Canonici habebant cauſas poſtmodū cō-
tra ipm ꝓ eccleſia anthiochena ⁊ etiam ꝓ
prias. queſiuerunt a dño pa. qualiter ſuper
hoc ſibi ⁊ eccleſie ſue ꝓuiderent ꝓpter iu-
ramentū ꝑdictum. Papa interꝑtatus fuit
ꝑdictum iuramentū canonicos illos nō te
neri hmōi iuramento q̊minus libere ſtare
poſſint contra ipm principē ꝓ defendēdis
iuribus ⁊ honoribus eccleſie ſue et ꝓ ſuis
ꝓprijs coercendo ſe a machinatione ſolū-
modo ꝑ quā ipſe princeps deberet incur-
rere leſionē ꝑſone vel amiſſionē ſui princi-
patus. Nota ꝙ licet iuret vel ꝓmittat a-
liqs alicui ꝙ nō erit contra ipm. tñ nō tene
tur ei contra ſe vel contra eccleſiā ſuaꝫ vel
contra cōitatē ſuā. qꝛ iuramentū nō exten-
diẜ ad hunc caſum. qꝛ cōtra ſe nemo teneẜ
vel contra eccleſiam ſuā. Item a cōſpira
tione principis ꝑ hoc iuramentū canonici
aſtringuntur.

Ca. Quidā. G. noie impe
**Ex litteris.** trauit lr̄as ſuꝑ reſtitutōne
vſurarum cōtra. E. ad archidiaconū ⁊ ma
giſtrū. G. canonicū tulleñ. Iudices lite cō
teſ. receperunt teſtes ꝓductos ab ipſo. G.
ꝑ quos nō potuit conſtare de q̄ntitate ſor
tis. ſed de obligatione pigneris hīi cōſtitit
et ꝑ famā quaſi notoriū habebaẜ ꝙ ipſe. E
ex quadā terra ſibi obligata ſortē ſuā ⁊ am
plius deduxiſſet. Vñ videbaẜ iudicibus vt
iuramentū de veritate dicenda exigereẜ a
partibus vt ꝑ iuramentū conſtaret de ſor-
te. Significauerunt hoc dño pa. Ne ex de
fectu hmōi iuramenti ſuccumbat iuſticia ſi
veritas occulteẜ. mandat pa. q̄tinus cōpel
lant partes ꝑ cen. ec. ad ꝑſtandum hmōi iu
ramentū. Nota in cā vſurarum iuramen
tum de veritate dicenda ꝑſtandum eſſe ſic
in ſpiritualibus cauſis ⁊ ad hoc partes cō-
pelli debent.

Ca. Rex vngarie fecit q̄ſ-
**Intellecto.** dam alienatōnes in ꝑiudi
ciū regni ſui ⁊ cōtra honorē regis interpo-



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

ſito iuramento de ipſis nõ reuocãdis. Si-
gnificatũ fuit hoc dño pape. Vñ ſcribit ar
chiepõ coloceñ. ꝛ eius ſuffraganeis ꝛ eidẽ
regi ſup hoc vt alienationes p̃dictas ſtude
at reuocare nõ obſtante iuramento illo. qꝛ
in coronatione ſua iurauit iura regni ſui ꝛ
honorẽ illibata ſeruare. Vñ illicitũ fuit iu-
ramẽtũ ſi qd̃ p̃ſtitit de nõ reuocãdis hmõi
alienationibus ꝛ ideo nõ ſeruandũ. No.
iuramentũ in damnũ regni vel eccleſie p̃ſti
tum illicitũ eſſe ꝛ ideo nõ ſeruandũ ꝛ in cõ
trarium priori iuramento licite p̃ſtito obe-
diendum.

Caſus. Mulier quedã pete-
**Mulieri.** bat quendã in virum ſuũ et ꝑ
iuramentũ aſſeruit in iure ꝙ ille in eam ma
trimonialiter conſenſerit ꝑ verba de p̃ñti.
Vir hoc negabat. Cum mulier non habe-
ret alias ꝓbationes vir fuit ab eius impeti
tione abſolutus. Querit̃ vtrum iudex de-
beat ei dare licentiã cum alio contrahendi
Rñdet papa ꝙ nõ ne auctor periurij vide
atur. nec debet hoc ei ꝓhibere. ne ſi forte
falſum iurauit matrimoniũ impediret. ſꝫ ẽ
ſue cõſcientie relinquẽda. Nota ꝙ acto
re nõ ꝓbante reus debet abſolui. Item
nullus ꝑ dictum ſuũ debet dare alteri ma-
teriam peierandi qꝛ imputaret̃ ei. Item
relinqui debet quis ſue conſcientie.

Ca. Aliqs clericus iurauit
**Clericus.** ſe ſeruaturũ ſtatuta edita in
eccleſia ſua. iuramenta taliter p̃ſtito ꝓmiſit
ꝑ id iuramentũ ſe ſeruaturũ ſtatutũ quod-
dam qd̃ poſt p̃ſtitum iuramentum factum
fuit in eccleſia. Querebat̃ vtrum teneretur
ad obſeruationẽ illius ſtatuti ꝑ iuramentũ
prius factum. Rñdit papa ꝙ ex ꝓmiſſione
ſua tenet̃ ſeruare quod ꝓmiſit. ſed nõ ex de
bito p̃ſtiti iuramẽti. Nota ꝙ iuramentũ
nõ extendit̃ ad alia niſi ſup quibus iuratũ
eſt. Item ex ꝓmiſſione aliquis obligat̃.

Ca. Aliqui litigãt co
**Iuramentum.** ram iudice. iudex de-
fert iuramentũ alteri parti loco ꝓbationis
querit̃ an iſtud iuramentũ ſit de neceſſita-
te p̃ſtandum. Reſpondet papa ꝙ iuramen
tum hoc recuſari nõ poteſt niſi iuſta de cã
qua allegata ꝛ oſtenſa iſtud p̃ſtare nõ cogi
tur. ſed ſi vna pars defert iuramentũ alteri
parti in iudicio illud iuramentum licite po
teſt recuſari vel referri ſi vero aliquis con-
ueniat̃ actione famoſa tunc nõ eſt licitũ re
ferre hmõi iuramentum. Sane. Dicit̃ in
hoc. §. ꝙ ſi actor omnino deficit in ꝓbatio
ne reus debet abſolui ꝗ̃uis nihil ꝓbat ſed
ſi p̃ſumptio ſit pro actore. reo poteſt defer
ri iuramentũ ad tollendam illam p̃ſumptõ
nem ꝛ ſuam innocentiam oſtendendam. ꝛ
hoc verum eſt niſi iudex cõſideratis circũ-
ſtantijs ꝑſonarũ ꝛ cauſe videat iuramentũ
illud deferendum actori. Nota ꝙ iudex
poteſt alteri parti deferre iuramentũ. Itẽ
iuramentũ a parte parti delatum põt recu
ſari ꝛ referri. Itẽ ſi quis conueniat̃ actõ
ne que infamat non poteſt hmõi referre iu
ramentũ. Item reus debet abſolui ſi ac-
tor omnino deficit in ꝓbatiõe. Item qñ
p̃ſumptio eſt ꝓ actore vel ꝓ reo poteſt de
ferri iuramentũ. Item iuramentũ defert̃
habito reſpectu ad honeſtatem perſone ꝛ
quantitatem cauſe.

## De exceptionibus.

### Titulus. xxiiij.

Caſus. Queſitum fu
**Eniqꝫ.** it a papa vtrum in ꝑ-
ſonas teſtiũ crimina obijci poſ-
ſunt vt ſic a teſtimonio repellan
tur. quibus ante iuramentũ vel depoſitio-
nes nihil fuerat obiectum. Reſpondit pa.
ꝙ poſſunt opponi diſtinguẽdo in hũc mo
dum. ſi crimina obijciunt̃ teſtibus de qui-
bus nondũ fuerant accuſati ſed tantũ op-
ponunt̃ in modũ exceptionis. crimina illa
probari debent anteq̃ꝫ cauſa ꝑ ſñiam termi
net̃. que ſi ꝓbata fuerint teſtes a teſtimo-
nio repellent̃. qꝛ vt dicunt canones teſtes
abſqꝫ vlla infamia vel ſuſpitione vel macu
la manifeſta in ferendo teſtimonio requirũ
tur. ꝙ ſi ſola crimina de quibus alio tꝑe cõ
uicti vel confeſſi fuerunt in iudicio teſtes
obijciant̃ a teſtimonio repellunt̃. quia eoꝝ
confeſſioni nõ eſt credendũ cõtra alios ni-
ſi prius ſe ꝓbauerint innocentes. Cete-
rum. Quereret aliqs ecce crimina ꝓbata
ſunt cõtra teſtes in modũ exceptõis. nun-



quid debent teſtes puniri pena ordinaria.
Rñdet pa. ꝙ ꝓpter hoc nõ debent puniri
pena ordinaria qꝛ in eos accuſatõ iuris or
dine nõ ꝓcedit ſed ſufficit vt a teſtimonio
repellant̃ p̃cipue vbi crimen qd̃ eis obijcit̃
nõ contingit cãm de qua agit̃. No. ꝙ te
ſtes ſine omni infamia debent eſſe. Iteꝫ
teſtes conuicti vel confeſſi de crimine in
iudicio a teſtimonio repellunt̃. Item nul
lus debet puniri ſine accuſatore. Itẽ ſm
modũ agendi punit̃ aliquis. Hec decre. in
telligenda eſt ꝛ notanda ſm illã. ſ̃. de teſti.
teſtimonium.

Ca. Aliqs eſt excõicatus ma
**A nobis.** iori excõicatione puta titius.
martinus participauit titio ſciẽter in locu-
tione vel orone. ꝛ ſic martinus eſt excõica
tus minori excõicatiõe. ecce titius accuſat
martinũ. martinus excipit cõtra titiũ dicẽs
ip̃m eſſe excõicatum maiori excõicatione.
titius replicat cõtra martinũ dicens. tu nõ
potes excipere cõtra me qꝛ tu ſciẽter parti
cipaſti mihi in orone vel in locutõe. querit̃
vtrũ martinus poſſit repellere titium a ſua
accuſatõe nõ obſtante replicatõe titij. Rñ-
det pa. ꝙ titius bñ poteſt repelli a ſua accu
ſatione nõ obſtante replicatõe. qꝛ titius re
motus eſt a cõione fideliũ. martinus vero
ſolũmodo a participatione ſacrorũ. No.
ꝙ excõicatus maiori excõicatione repellit̃
ab agendo. ſed minori excõicatiõe ligatus
nõ repellit̃ qꝛ nõ eſt remotus a cõmunione
fidelium.

Ca. Quidã laco
**Cuꝫ eccleſiaſtice.** bus noie fuit in-
ueſtitus ꝑ dñm pa. de quadã p̃benda vacã
te in nouariciũ. eccleſia. ꝛ de mãdato ipſius
incorꝑalem poſſeſſionẽ ipſius p̃bẽde indu
ctus. q̃ꝫ nõ ꝑmittebant eũ nouarieñ. cano-
nici poſſidere. H̃ ꝓpoſuit iacobus p̃dictus
in p̃ñtia dñi pa. Econtra pars capituli ex-
ceptionẽ quandã ꝓpoſuit cõtra ip̃m vide-
licet ꝙ in alia eccleſia bñficiũ obtinebat. Il
le replicauit cõtra eos ꝙ ipſi plura bñficia
in pluribus eccleſijs obtinebãt. Innoc. co
gnita veritate. mandat lauduñ. epõ quati-
nus dictũ iacobũ faciat p̃bende illius paci
fica poſſeſſione gaudere de qua fuit ꝑ. C.
inueſtitus nõ obſtãte exceptõe p̃dicta quã
nõ poſſunt ei obijcere cũ ꝛ ipſi varia benefi
cia in diuerſis eccleſijs habere noſcantur.
No. ꝙ q ſimili impedimento laborat nõ p̃t
illud alij opponere. Itẽ exceptio excepti
one ſiue replicatione tollitur.

Ca. Quidã malicioſe di
**Paſtoralis.** latorias exceptiões ꝓpo
nebant vt cauſarũ terminatio differret̃. ad
iſtorum maliciã cõpeſcendã ſtatuit papa vt
infra certũ tp̃s aſſignandũ a iudice oẽs di-
latorie exceptões ꝓponant̃. ita ꝙ ſi partes
poſt terminũ aliquas voluerint ꝓponere
quas in termino nõ fuerint ꝓteſtate nulla
tenus audiant̃ niſi de nouo poſt terminuꝫ
exorta fuerit. vel niſi ille q eã opponere vo
luerit fidem faciat iuramento ſe poſt termi
nũ ad illius noticiam ꝑueniſſe. Nota ꝙ
iudex poteſt ſtatuere terminuꝫ ad dilatori
as ꝓponendas. nec poſtmodũ poſſunt ꝓ-
poni niſi in tribus caſibus hic contentis. ſ.
ſi fuero ꝓteſtatus. ſi de nouo mihi compe
tat. vel ſi iurem poſtmodum eam ad meam
noticiã ꝑueniſſe. Itẽ que de nouo emer
gunt nouo auxilio indigẽt. Item ꝑ iura-
mentũ ꝓbat̃ conſcia alicuius. Item nota
hic caſum vbi iuramento vnius credit̃ in p̃
iudicium alterius.

Ca. Inter priorẽ ꝛ conuen-
**Cũ inter.** tum de argẽtolio ex vna par
te ꝛ. S. nobilem virũ pictanieñ. dyoc. ex al
tera controuerſia ſup quibuſdã damnis et
rebus alijs vertebat̃. Partibus coram de
legatis iudicibus ꝓpter hoc conſtitutis. ꝓ
curator ipſius nobilis excipiendo ꝓpoſuit
ꝙ duos de iudicibus habebat certa rõne
ſuſpectos. Procurator monaſterij allega-
uit ꝙ cum nobilis excõicatõnis vinculo te
neret̃ aſtrictus exceptionẽ hmõi ꝓponere
nõ valebat. Iudices conſuluerũt dñm pa.
et ipſe rñdit ꝙ ipſi nobili quelibet legitima
defenſio reſeruat̃ in iudicio. ꝛ p̃cipue iudi
cis recuſatio. cum ꝑiculoſum ſit ſub iudice
litigare ſuſpecto. ꝛ ap̃lica ſe. iudicibus ſu-
ſpectis cãm ex certa ſñia nõ cõmittit. vnde
nõ conſiderat̃ fauor excõicati ſed equitas
iudicantis. ꝛ abſurdum eſſet vt reo contra
actorem defenſionis copia deneget̃. qꝛ ſic

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

condēnareť qui deberet abſolui aliq̄n. nec excōicato deneganda eſt abſolutionis ſnīa q̄n eſt in cā abſolutionis. ⁊ ſi condēneť pōt appellare ſi contra iuſticiam fuerit condemnatus. ⁊ eadem rōne alia ſuffragia in vuo ⁊ eodē iudicio ñ deneganť eideꝫ. Sed excōicatus reconuenire actorē nō poteſt ne qđ in defenſionē ſuſtineť ad impugnandū extendať. Nota ꝙ periculoſum eſt litigare ſub iudice ſuſpecto. Item in iudicijs eqtas ſeruāda eſt ⁊ nō fauor. Item iudiciū claudicare non debet. Item excōicatus poteſt appellare ⁊ omnis legitima defenſio eſt illi ſalua in iudicio. ſed agere vel recōuenire nō poteſt. Item fauorabiliores ſunt rei ꝗ̄ actores.

Ca. Eṗs ſabiñ

**Cum venerabilis** habebat cauſaꝫ cum mōaſterio farſeñ. ſuꝑ eccleſia ſancti viti coram auditoribus vtriqꝫ parti cōceſſis Petebat ſabineñ. eṗs ipſam eccleſiā a monaſterio farſeñ. cum poſſeſſionibus ⁊ pertinentijs ſuis dicens eandem tam in tp̄alibꝫ ꝗ̄ in ſpiritualibus ꝑtinere ad eccleſiaꝫ ſabineñ. Procurator monaſterij nondum eṗi intentione fundata preprope ſic rñdit. ꝙ et ſi eccleſia predicta olim fuerit eccleſia ſabineñ. ſubiecta. eam tñ eṗs nō poteſt petere cum ex cauſa ꝑmutationis monaſteriuꝫ eam obtineat. ad hoc probandum quoddā exhibuit inſtrumentum. in quo prima facie contineri videbať ꝙ theodoſius eṗūs cuꝫ aſſenſu canonicorū ſuorum p̄dictam eccleſiam ſancti viti conceſſit monaſterio farſeñ in concambiū ꝓ quibuſdam eccleſijs ⁊ rebus alijs. Ad hoc eṗs rñdit intentōēꝫ ſuaꝫ eſſe fundatā ꝑ huiuſmodi rñſionē. q2 cū procurator mōaſterij reſpōderit ſe dictā eccleſiam ex ꝑmutatione facta per ſabineñ. eṗm obtinere ꝑ conſequens confitebať ſe credere ꝙ dicta eccīa tp̄e ꝑmutatōis ꝑtinuit ad eccīaꝫ ſabineñ. q2 ꝯtractus ꝑmutatōis celebrari nō poteſt niſi cum vero dño vel cum eo qui loco dñi habeť. Et ad probandum ꝙ dicta eccleſia ꝑtineret in tp̄alibꝫ ad epiſcopū quoſdam teſtes induxit ꝑ quos oſtēdere nitebať ꝙ ipſe diſponebat ꝓ velle ſuo de bonis ipſius eccleſie. His ⁊ alijs examinatis dñs papa intellexit dictum eṗm intētionem ſua nō ꝓbauiſſe ꝑ teſtes vel ꝑ reſpōſionem ſupradicti ꝓcuratoris. quia qui opponit exceptionē non videtur confiteri de intentione aduerſarij. vel ꝑ inſtrumentum ad hoc exhibitū ex aduerſo. quia in eo theodoſius eṗūs a quo ꝑmutatio facta ꝓponebatur. nō diciť eṗs ſabineñ. ꝗ̄uis in trāſcripto quo ꝓcurator vtebať appoſitum fuerit ſabineñ. ꝑ viciū falſitatis. licet nimis exceſſerit qui tranſcriptū illud falſauit. ⁊ delictum ꝑſone nō debet in damnū monaſterij redundare. ⁊ falſitatis exceptio et ante ſniam ⁊ poſt obijci poſſit vſqꝫ ad. xx. annos veritate cōperta nō vult papa ꝙ ꝑ hoc monaſterio p̄iudiciū generet. veruntñ q2 conſtitit pape dictaꝫ eccl'iam ſitam eē in dyoč. ſabineñ. adiudicauit ei ius eṗale in omībꝫ in eadem exceptis illis que ꝑ autentica ſcripta eideꝫ eṗo ſunt ſubtracta. cum exempta nō ꝓbetur quo ad tp̄alia eiuſdem eccleſie. abſoluit monaſteriū ab impetitione eṗi. cū ſuꝑ hoc nō ꝓbauerit ſe legitima p̄ſcriptiōe munitum. Nota ꝙ q excipit nō confiteť de iure aduerſarij. Item q aliquid addit vel minuit de inſtr̄o in p̄iudicium partis alterius falſarius eſt. Item delictuꝫ ꝑſone nō debet nocere eccleſie. Item exceptio falſi ſempꝫ poteſt ꝓponi vſqꝫ ad. xx. annos. Item eo ipſo ꝙ eccleſia ſita eſt in dioč. eṗi ei ſubeſt in omnibus ad ius eṗale ꝑtinentibus. ſed ꝓpterea non ſubeſt ei in tp̄alibus niſi illud probetur.

Ca. Nobilis vir. ꝛv.

**Olim et infra.** cōueniebať ꝑ lr̄as apoſtolicas corā archieṗo treuereñ. Ex parte ipſius nobilis fuit ꝓpoſitū coram ipſo ꝙ auctoritate illarū lr̄arum rñdere nō tenebatur pro eo ꝙ vltra duas dietas extra ſuaꝫ dyoč. trahebať in cauſam. Et quia dictus archieṗs hanc exceptionem nō admiſit ſe. apo. appellauit. Propter qđ tam procurator ipſius ꝗ̄ partis aduerſe ad ſe. apo. acceſſerunt. Coram qua ꝓcurator dicti nobilis p̄dicta ꝓpoſuit. ⁊ ꝓcurator partis aduerſe reſpōdet ꝙ dictus nobilis vltra duas dietas extra ſuā dyoč. ñ trahebať. q2 archieṗs in tali loco ſibi terminū ſtatuit q nō erat remotus ab illo vltra ꝗ̄ ꝑ cōciliū ſit ꝓuiſum. Vñ pa. mandat quibuſdā iudicibuſ q̄tinus ſi ꝓcurator dicti. ꝛv. poterit ꝓbare exceptionē p̄dictam viꝫ ſe trahi in cām vltra duas dietas cōtra concilium generale. appellationē ipſius legitimā fuiſſe ꝓnuncient ⁊ negocio ſuꝑſedeant. Nota ꝙ q appellat a grauamine añ ſniam in cauſa appellationis debet ꝓbare cām appellatōnis veram fuiſſe ⁊ hoc verū eſt q̄ñ nō obtulit illaꝫ ſe ꝓbaturū. Itē nota ꝙ iudex pōt remouere grauamen de duabus dietis.

Caſus. Quidam canoni-

**Dilecti filii.** cus graciaceñ. M. noie electus fuit in priorē eiuſdē eccleſie. S. P. et. G. ſe opponebant electōni ipſius. vñ cōtra illos lr̄as impetrauit. ipſi coram iudicibus cōſtituti ꝓpoſuerūt ꝙ dictus. M. nō debebat audiri ꝓ eo ꝙ erat excōicatus ⁊ ꝑiurus. Sed dictus. M. contra. G. ⁊. P. in modū replicationis obiecit ꝑiurium. ⁊ excōicationē contra. S. vt eorū exceptioneꝫ elideret. Sed ꝓcurator illorū rñdit ꝙ ꝓbatio illius electi ſuꝑ hoc recipi nō debebat. quia ⁊ ſi illa etiā ꝓbareñť non eſſent ꝓpterea a defenſione ſue eccleſie repellendi. Et ſi excōicatio contra dictum electū ꝓbareť in modū exceptionis repelleretť ab agendo Sed replicatio excōicationis ꝓbata nō repelleret a defendēdo. Judices interlocuti fuerunt ꝙ prius reciperent ꝓbationes ſuꝑ replicatione p̄miſſa. ꝓpter qđ ad ſe. ap. appellarunt. Mandat pa. q̄tinus ſi eſt ita reuoceť in irritum quicqđ fuit factū poſt appellationē. Nota ꝙ excōicati ⁊ ꝑiuri nō repelluntť a defendendo. Item nō debet admitti ad ꝓbandum quo probato non ꝓdeſt.

Caſus. Duo canōici

**Apoſtolice ſe.** prageñ. J. et. M. acceſſerunt ad ſe. ap. ꝓpter ordinationē prageñ. eccleſie. Quidā volentes impedire ꝓpoſitū illorū obijciebant eis quaſdaꝫ ſnīas ſuſpenſionis ⁊ remotionis a bñficijs in modum exceptionis. Et ipſi rñdebant ſnīas illas nullas eſſe. ⁊ hoc ꝓbare volebant ꝑ teſtes ⁊ inſtr̄a. Dñs papa ne ꝓpter hoc impediretť ordinatio prageñ. eccleſie propter quā venerant. ſnīas illas relaxauit ad cautelam. No. ꝙ ſuſpenſus ab officio ⁊ bñficio nō admittiť ad agendū ꝓ eccleſie ordinatione. cum hmōi ſp̄ūalia tunc tp̄is poſſidere nō poſſit. nec agere ꝓ eis poteſt.

Ca. Inter prio-

**Dilecte in chriſto.** rem ⁊ conuentū de buccellia ex parte vna ⁊ prioriſſam ⁊ cōuentū de campeſcia ex altera ſuꝑ quibuſdā decimis queſtio vertebať. Ad petitionem prioris ⁊ cōuentus predictorū cōmiſſa fuit cā illa abbati ſancti benedicti ⁊ eius cōiudicibus. Sed moniales ex grauamine ſufficienti ab eis ſe. ap. appellarunt. ⁊ nunciū ſuum ad appellationē ꝓſequendam tranſmiſerunt. Judices appellatione nō obſtante tulerunt ſnīam excōicationis in eaſdē. Papa appellationis cām cōmiſit priori de angle ⁊ cōiudicibus ſuis nulla mentione habita de ipſa excōicatione. Coram quibus pars aduerſa ꝓpoſuit ꝙ cum eſſent excōicate ⁊ in lr̄is appellationis nō fieret mētio de ſnīa excōicationis lata contra ipſas. lr̄e nō valebant. Et q2 iudices hanc exceptionem nō admittebant dictus prior ſe. ap. appellauit. ⁊ cām fecit committi priori de gernemue ⁊ coniudicibus ſuis. Coram qbus ex parte monialiū fuit excipiendo ꝓpoſitū ꝙ ſnīa excōicatiōis in eas lata fuit poſt appellationē legitimā. ⁊ cuilibet etiam excōicato defenſionis auxiliū in iudicio reſeruatur. quare iudices monialiū exceptionem partis aduerſe admittere non debebant. ſicut ipſi eam nō admiſerunt. ⁊ ideo appellatio ꝓpter hoc interpoſita non valuit. Sed q2 prior de gernemue ⁊ eius cōiudices exceptionē hmōi admittere denegabant ipſe moniales ſe. ap. appellarunt. Vñ mandat papa decano linconieñ. quatinus ſi eſt ita quicqđ factum fuerit poſt appellationē ipſarū in irritū reuoceť. ⁊ in cauſa ꝓcedať iuxta mādatum directum ad priorem de gernemue ⁊ coniudices ſuos. Nota ꝙ excōmunicatus poteſt appellare et appellationem proſequi.

Caſus. Canonici

**Significarunt.** de tornaco elegerūt in ſuum archipreſbyterum. P. clericum



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

et electionem ſuã pſitauerũt archiep̃o mediolaneñ. Ipſe vero eam renuit cõfirmare N. clericũ inſtituens in archip̃ſbyterũ eccleſie ſupradicte. Propter q̃d clerici ad ſe. ap. appellarunt. ⁊ cãm appellatiõis fecerũt cõmitti p̃poſito ſancti ſtephani. q electionẽ ipſorũ confirmauit. ꝓnuncians ius eligendi ptinere ad capitulũ de tornaco. ⁊ abſoluens partẽ aduerſam ab impetitiõe ipſorũ clericorũ. a qua ſñia partes ad ſe. ap. appellarunt. et cãm obtinuerunt cõmitti abbati ſancti ſaluatoris papieñ. ⁊ p̃poſito vercelleñ. coram q̃bus ex parte archiep̃i et dicti. N. clerici exceptio excõis fuit ꝓpoſita contra capitulũ de tornaco. Judices nõ conſiderãtes ꝙ a ꝓſecutõe appellatiõis p̃textu excõis nõ debeat q̃s excludi. cum om̃is defenſio legitima excõicato in iudicio refuẽt ꝓnunciauerũt partẽ archiep̃i nõ eſſe cogẽdam ad rñdendũ clericis ſupradictis. propter q̃d clerici ſe. ap. appellarũt ⁊ ſignificauerunt factũ dño pa. Uñ mandat eiſdẽ iudicibus quatinus ſi eſt ita ꝓcedant in cauſa exceptõne hmõi nõ obſtante. Nota ꝙ excõicatus põt appellare ⁊ ꝓſequi appellationẽ ⁊ omnis legitima defenſio ſibi in iudicio reſeruatur.

Ca. Exceptio excõicati

**Exceptionẽ.** onis inter dilatorias numeraẽ. tñ ſi reus illã ſcienter omittat. nihilominus eã in qualibꝫ parte litis opponere põt. q̃d eſt ſpãle in hac exceptione. cum alie dilatorie añ litis ingreſſum ſint ꝓponende et hoc ſtatutũ eſt ne aliq̃s in periculum anime ſue excõicato cõicare cogaẽ. ſed ſi eam omiſerit vt actor fatigeẽ laboribus ⁊ expẽſis condẽnandus eſt in expẽſis actori. In fine dicit ꝙ ſi aliq̃s eſt publice excõicatus iudex ex officio ſuo ab agendo illũ repellat q̃uis huius exceptio nõ opponaẽ Nota ꝙ exceptio excõicatiõis q̃uis dilatoria ſit q̃ñcunq̃ꝫ põt opponi. Itẽ excõicatus publice nõ ẽ audiendus licet a reo de hoc ſibi nihil opponaẽ. q2 officio iudicis eſt repellẽdus.

Ca. Aliq̃s conuenit ad

**Aduerſario.** uerſariũ ſuũ ſup aliqua re quã poſſidebat tp̃e lit. conteſ. ſed q2 poſtea ſine dolo deſijt rem illaꝫ poſſidere fuit abſolutus. poſtea eãdẽ rem cepit poſſidere. actor petit eãdẽ rem. queriẽ an res iudicata ei obſtet. Et rñdet pa. ꝙ non obſtat exceptio rei iudicate. Nota ad hoc vt aliq̃s condẽneẽ neceſſe eſt vt poſſideat tp̃e litis cõteſ. ⁊ tp̃e quo ſñia ferẽ. Itẽ ſi aliq̃s poſſideat tp̃e litis conteſ. ⁊ poſtea ſine dolo deſijt poſſidere abſolui dꝫ. Itẽ ſi dolo deſijt poſſidere habeẽ pro poſſeſſore.

Ca. Archiep̃s narboñ.

**Venerabilẽ.** appellauit a iudicibꝫ ꝓpter grauamen ſibi illatum. ⁊ ſup appellatione ſua lr̃as impetrauit. Coram iudicibus appellationis obijciebaẽ lr̃as nõ valere ꝓ eo ꝙ tp̃e impetrati reſcripti erat ex cauſis alijs excõicatus. Judices cõſuluerunt pa. Et ipſe rñdit ꝙ lꝫ ex alijs cauſis tp̃e impetrati reſcripti excõicationis vinculo teneretur de q̃bus in lr̃is ſuis mentio nõ habetur nihilominus ad ꝓſequendã appellationeꝫ ſuam debet admitti. q2 nihil ꝓdeſt excõicato appellare ſi poſſet appellationẽ ſuam ꝓſequi ⁊ lr̃as impetrare. Nota ꝙ excõicatus poteſt appellare ⁊ ꝓſequi appellationẽ et litteras impetrare.

## De p̃ſcriptionibus. Ti. xxvi.

Ca. Ep̃i ſiue prelati

**Tacuit.** negligebãt parrochianos ſuos reuocare ad catholicam vnitatẽ. vñ ſtatuit cõcilium iſtud vt ſi aliq̃s aliquẽ locũ ad catholicam vnitatẽ cõuerterit. ſi p triẽniũ tenuerit locũ illũ nemine ip̃m repetẽte. decetero non repetaẽ ab eo. ⁊ ꝫ verũ eſt ſi p ip̃m trienniũ fuit ep̃us q poſſit illũ repetere ⁊ tacuit. Si vero nullus fuerit ep̃s nõ p̃iudiceẽ eccleſie ſed cuꝫ eccĩa ep̃m habuerit liceat ex ea die intra trienniũ locum ip̃m repetere. Itẽ ſi ep̃s p trienniũ illud catholicus non fuerit nõ currat tũc p̃ſcriptio. ſed ſi ad catholicaꝫ vnitatẽ cõuerſus fuerit ex ea die q̃ conuerſus fuerit p trienniũ habet ptãtem repetendi locũ illũ q ptinebat ad eccĩam ſuã. No. ꝙ vacãte eccĩa nõ currit p̃ſcriptio. Itẽ nõ currit p̃ſcriptio eo tp̃e quo ep̃s catholicus nõ eſt. tunc em̃ compaẽ vacanti eccleſie.



Caſus. Quedã dña patricia occupauerat partẽ patrimonij beati petri. Papa greg. ſcripſit ei ꝙ ipſa dimitteret patrimoniũ illud. Et ipſa ei reſcribit ꝙ ipſa parata erat facere rõnem. Et pa. ſcd̃o mandauit eidẽ ꝙ nihil cũ ſcandalo nihil cum ſtrepitu iudicũ volebat de cauſis pauperũ diffinire. Ultimo cum ipſa nõ dimitteret bona pauperũ reducit eideꝫ dñe ad memoriã qualiter olim ſcripſerat ſibi dicens ꝙ taciturnitas ⁊ paciẽtia ſua nõ faciet p̃iudiciũ ſucceſſoribus ſuis in rebus pauperum. Nota argu. nihil cum ſcandalo faciẽdum. Item bona eccleſiarũ pauperum ſunt. Item in re inuaſa nõ currit preſcriptio.

**Nihil eſt.**

Ca. Olim ha

**Sanctorũ patrum.** bebat locum p̃ſcriptio. xxx. annorum in rebus eccleſie. hodie nõ. vnde nõ tenet quod hic diciẽ. Vel ſic pone caſum ad hoc vt teneat iſta decre. Rector cuiuſdã eccleſie poſſedit per. xxx. annos quiete quaſdã poſſeſſiones cuiuſdã militis. queriẽ ſi preſcripſiſſet. Et reſpondetur ꝙ ſic vt ſequiẽ in lr̃a. ⁊ ſic nõ tollitur. c. iſtud per. c. ſequens. nam ibi loquiẽ qñ vna eccleſia preſcribit contra aliam. hic qñ eccleſia p̃ſcribit contra priuatum. ⁊ iſte caſus probaẽ per. §. xvi. q. iij. §. poteſt. Nota ꝙ proclamatio ſinodalis interrumpit preſcriptionem.

Quidã clericus p̃ſcripſe

**De quarta.** rat quartã decimarũ ⁊ oblationũ q̃ ad ep̃um ptinebant. querebaẽ an poſſet ſe tueri cõtra ep̃m. Rñdit pa. ꝙ clericus ille põt ſe tueri ab impetitione ep̃i ſup quarta p̃dicta p̃ſcriptiõe. xl. annorũ. niſi interim eccleſia paſtore vacaret q iura ipſius erigere debuiſſet. In fine rñdet tacite queſtioni q̃ poſſet fieri p canones antiquos in ca. p̃cedẽti. nonne ſufficit p̃ſcriptio. xxx. an. vt dicũt canões. Rñ. ro. ec. tricẽnalẽ p̃ſcriptionẽ ꝯ ec. nõ admittit. No. ꝙ vacãte eccleſia nõ currit p̃ſcriptio. Itẽ ſola p̃ſcriptõ xl. annorũ locum habet.

Ca. Scd̃m leges male fi

**Vigilanti.** dei poſſeſſor p̃ſcribit reꝫ alterius. Uñ dubitauit quidã ep̃us an idem eſſet ſm̃ canones. Sup hoc reſcribit pa. dicens. ꝙ va de cauẽdũ eſt ne male fidei poſſeſſores ſimus in p̃dijs alienis. q2 nulla antiqua dierũ poſſeſſio iuuat male fidei poſſeſſorẽ. niſi rem reſtituerit poſtq̃ꝫ eam nouerit alienaꝫ. cum poſtea bone fidei poſſeſſor dici nõ poſſit. oſtendens qualiter aliter ſit ſm̃ leges. Epheſinus em̃ legiſlator hanc legem inuenit vt locum haberet preſcriptio. xxx. vel. xl. ãnorũ in male fidei poſſeſſore ſolũmodo ꝓpter vitandã negligẽtiam miſerorũ. ⁊ longi tp̃is errorẽ ⁊ cõfuſionẽ. Sed pa. hoc nõ placuit ſiue verus dñs ſciat rem ſuã p̃ſcribi ſiue ignoret. Nota ꝙ diuturnitas tp̃is peccatum nõ minuit ſed auget. Item male fidei poſſeſſor nõ p̃ſcribit. Itẽ introducta fuit preſcriptio contra deſides et ſui iuris contemptores.

Ca. Quedã eccleſia poſſe

**Ad aures.** dit decias in parrochia alterius. xl. annis. queriẽ an tuta ſit eccleſia p̃ſcriptione. Rñdet pa. ꝙ de iure melior ẽ conditio poſſidentis. q2 preſcriptio. xl. annorũ excludit omnẽ actõnem. Nota ꝙ melior eſt conditio poſſidentis. Item p̃ſcriptio. xl. annorũ excludit omnẽ actionem. ⁊ intellige que p̃ſcribi poteſt.

Ca. Inter archidiaco

**Cauſam que.** num regiñ. ⁊ nobilem virum. G. queſtio ſup decimis vertebatur Papa cõmiſit cauſam illam mandãs iudici quatinus cauſam ipſam debito fine decidat nõ obſtante p̃ſcriptione tp̃is vel cõceſſione alicuius pſone eccleſiaſtice vel ſecularis. ſi idem. G. eaꝫ opponere voluerit. q2 cum laici nõ poſſint poſſidere decimas caſ p̃ſcribere nõ valet. Nota ꝙ laici nõ pñt poſſidere decimas aut etiam alia mere ſpiritualia. Item quod poſſideri nõ pteſt ñ poteſt preſcribi.

Caſus. In canonibus

**Illud autem.** reperitur ꝙ qui rem alterius p̃ſcribſit. xxx. annis tutus eſt preſcriptione. queſitũ fuit a pa. vtrũ hodie locum habeat talis p̃ſcriptio. Rñdit ꝙ ro. ec. non admittit minorẽ p̃ſcriptionẽ q̃ꝫ. xl. annorũ. lꝫ quidã canones admittant tricẽnaleꝫ. Et ſi eccĩa p. xl. annos rem aliquã inconcuſſe

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

poſſedit aduerſus aliã eccleſiam pōt ſe tue
ri quadragenaria p̄ſcriptione.ſi vero de p̄
ſcriptione ⁊ interruptione queſtio fuerit in
ter partes ab vtraqꝫ parte teſtes recipi de
bent.Et ſi ꝓbata fuerit interruptio preſcri
ptio nō valebit. Nota ꝙ quadragenaria
p̄ſcriptio ſm canones hodie locum habet.
Item preſcriptio debet eſſe continua ⁊ nō
interrupta.

Caſus.Inter du-
**Quia iudicante.** os abbates orta fu
it queſtio de finibus.Papa mandat illam
queſtionē diffiniendã ꝑ agrimeſſores. qui
ad loca de quibus contentio eſt accedant.
et in p̄ñtia illorum queſtionē faciant termi
nari p̄ſcriptionē.xl.annorũ tñ vtriqꝫ parti
ſuata. Nota queſtio de finibus in p̄ñtia
iudicum terminari debet. Item p̄ſcriptō
xl.annorũ hodie locum habet.

Ca.Eccl'ia de came-
**Ex tranſmiſſa.** mone ꝑtinet ad mōa
ſteriũ de habēdoñ.⁊ hoies deſibi ⁊ vintoñ
eccleſiarũ ſunt parrochiani matricis eccl'ie
de camemone clerici deſibi ⁊ vintoñ.minu
tatim omne ius parrochiale p̄ter ius fune-
randi ſubtraxerunt illi matrici eccleſie.ſ.de
cimas ⁊ oblationes.vñ abbas ⁊ monachi
de habēdoñ.ꝓ eccia ſua matrice de came-
mone.conq̄ſti ſunt dño pa.Vñ mandat iu
dicibus q̄tinus faciant reſtitui decimas et
oblatōes cũ alijs obuentōibus p̄dicte ma-
trici eccie de camemone.nō obſtante p̄ſcri
ptōne tp̄e hoſtilitatis a clericis p̄dictarum
eccleſiarũ. No.ꝙ mōachi p̄ñt habere ec-
cleſias parrochiales ⁊ ſic ꝑ cōſequēs ppl'm
Itē maioꝛ eccia vel monaſteriũ pōt agere
ꝓ eccleſia ſibi ſubiecta. Itē ius parrochi
ale generale nomen eſt.vt hic ptꝫ. Item
tp̄e hoſtilitatis nō currit p̄ſcriptio. Item
decime debent matrici eccie ⁊ nō capelle.

Ca.Prepoſitus ſcti naza
**Accedētes** rij.et.A.canonicus ſancti
ſtephaui ꝓcuratores cleri mediolañ.ad ſe.
ap.accedentes cōqueſti ſunt de ordniarijs
maioris eccie.ꝙ cũ ipſi ꝓcurent legatos ⁊
nūcios ap.ſe.dicti ordinarij nolunt illos ꝓ
curare nec aliqd conferre ad ꝓcuratōes p̄
ſtandas.volēs pa.vt qd̄ omnibus imminet
ab omībus cōportet mandat abbati de ce-
neto q̄tinus niſi dicti ordinarij ꝑ ſpāle pri
uilegiũ ap.ſe.a p̄ſtandis ꝓcuratōibus oſtē
derint ſe immunes.decernat ipſos ordina
rios teneri ad ꝓcurationes ordine debito
faciendas.etiã ſi longiſſimo tp̄e nō impen-
derint ꝓcurationē.cũ in talibus nō habeat
locũ p̄ſcriptio. No.ꝙ oēs tangit ab omī
bus approbandũ eſt. Itē oēs eccleſie te-
nent ꝓcurare nuncios ⁊ legatos ro.ec.ni-
ſi ſpāle priuilegiũ oſtendant. Item in pro
curationibus nō habet locum p̄ſcriptio.

Ca.Archiep̄s hra
**Cum non liceat.** charñ.conqueſtus
eſt dño pa.ꝙ priores de coſta ⁊ de ſancto
donato denegabant ſibi obedientiã ⁊ reue
rentiã exhibere.licꝫ eccleſie ſue in ipſius ar
chiep̄atu eſſent conſtitute.dicentes ꝙ eaꝫ
ſibi exhibere nō conſueuerũt.Mandat pa
pa dictis prioribus q̄tinus predicto archi
ep̄o exhibeant obedientiã ⁊ reuerentiã de
bitã ſicut alij clerici ſue dyoceſis p̄ſcriptōe
tp̄is nō obſtante. Nota ꝙ membra a ca-
pite recedere nō debent. Item eo ip̄o ꝙ
aliqua eccleſia ſita eſt in dyoc̄.alicuius pre
ſumit ſibi ſubeſſe. Item contra obedien-
tiam nō currit preſcriptio.

Ca. Inter nobilem
**Ad audiētiam.** virum maraſcloñ.ex
vna parte.⁊ caſtellanũ de caſtro palacioli
ex alia queſtio vertebat ſuper quibuſdam
iuribus que nobilis p̄dictus dicebat ſe de
bere percipere in dicto caſtro pro eccleſia
ro.Partibus ꝓpter hoc in p̄ñtia pape cō-
ſtitutis.Ex parte ipſius nobilis ꝓponebat
ꝙ alex.papa conceſſerat in dicto caſtro ſi-
bi.xl.ſol.papieñ.quos ro.eccle.ibi conſue-
uit ꝑcipere annuatim.Inſuꝑ comeſtiones
placita banna foris facta ⁊ oīa iura que ibi
ro.ec.habebat.Caſtellanus econtra dice-
bat ſe ad ea nulla rōne teneri. Ad qd̄ ꝓbã
dum p̄dictus nobilis inducebat priuilegiũ
alex.⁊ librũ cenſualē ⁊ hoc idem nitebat ꝓ
bare ꝑ teſtes q dicebant ſe vidiſſe p̄dictum
cenſum nūcijs ap̄l'ice ſedis a.l.annis ⁊ in-
fra fuiſſe ſolutũ.Sed ex aduerſo fuit rñſum
ꝙ nec priuilegiũ nec liber cenſualis aliqd
cōferebant.cũ ip̄e priuilegio vſus nō fuerit



ſpacio.xxx.annorũ. nec liber cēſualis quia
ſuſpectus erat ex eo ꝙ nō fuerat inuentus
in camera pa. et notarius aliter ſcripſerat
dicta teſtiũ q̄ꝫ dixiſſent. Dñs papa conſi-
derans potius auctoritatē priuilegij q̄ꝫ di
cta teſtiũ.nec librum cenſualē habet ſuſpe-
ctum licet in camera pape nō fuiſſet inuen
tus.nec credit notarium aliter ſcripſiſſe di
cta teſtium q̄ꝫ dixiſſent. Conſiderans inſu
per ꝙ eſt longe validius negociũ ip̄m tan-
gere principaliter ro.ec.contra quã nō niſi
centenaria currit p̄ſcriptio.condēnauit di
ctum caſtellanũ in ſolutione omniũ petito
rum iniungendo eideꝫ vt dicto nobili non
tanq̄ꝫ ſibi ſed tanq̄ꝫ romane ec.cuius auto-
ritate debet ꝑcipere p̄dicta.⁊ cuius etiam
vaſallus ꝓpter p̄dicta exiſtit ꝑſoluat. No
ta caſum vbi magis credit priuilegio q̄ꝫ te
ſtibus. Item liber cenſualis fidem facit.
Item preſumit pro illo qui officiũ ſuũ iura
uit fideliter adimplere. Item contra ro.
ec.nō currit preſcriptio niſi centũ annorũ.
Item aliquis facit aliquid nō tāq̄ꝫ ipſe ſed
tanq̄ꝫ alius.

Caſus.Hildeſemeñ.epi
**Cum nobis.** ſcopus mouit queſtio-
nem ſubiectionis contra monaſterium de
gundeſeñ.⁊ eccleſiam romanã dicēs.ꝙ p̄-
ſcripſerat libertatem contra monaſterium.
Papa commiſit quibuſdã abbatibus vt re
ciperent teſtes ep̄i ad probandã preſcripti
onem contra libertatē monaſterij. ſed poſt
q̄ꝫ inchoata fuit preſcriptio contra mona-
ſteriũ ſciſſura trium ſciſmatũ fuit in eccleſia
ro.Unde papa iterũ ſcribit eiſdem abbati-
bus dicens ꝙ tam iure canonico q̄ꝫ ciuili
ro.eccle.gaudet priuilegio ſpeciali vt con-
tra eam nō currat p̄ſcriptō niſi centũ anno
rũ.tñ non vult papa tp̄a trium ſciſmatũ cō
putare in preſcriptione ſed de medio p̄ſcri
ptionis deduci. Nota ꝙ ro.ecc.gaudet
priuilegio ſpeciali centũ ãnorũ nō ſolum in
rebus ꝓprijs ſed etiã in eccleſijs ſibi imme
diate ſpecialiter ſubiectis. Item tp̄e ſciſ-
matis nō currit p̄ſcriptio.

Caſus.Inter ep̄m vigorñieñ
**Auditis.** et abbatem de eueſham verte
batur controuerſia ſuꝑ quibuſdã eccleſijs
in valle de eueſham conſtitutis quas ep̄us
dicebat ad ſe ſpectare quo ad legem dioce
ſanã.cauſa ſuꝑ his cōmiſſa fuit iudicibus.
coram quibus petijt ep̄us eccleſias illas ſi
bi debere ſubeſſe quo ad legem dyoceſanã
⁊ omnia iura ep̄alia ſibi debere adiudicari
in illis eccleſijs.Abbas vero dicebat eccle
ſias illas ab eius iuriſdictione ꝓrſus exem
ptas ꝑ priuilegia vel ſi priuilegia nō ſuffice
rent dicebant ſe eccleſias illas legitime pre
ſcripſiſſe.Suꝑ his vtraqꝫ pars ſuas ꝓbatō
nes induxit.Abbas induxit tam priuilegia
q̄ꝫ teſtes ad ꝓbandã ſuã intentionē ⁊ ep̄s
ad ꝓbandã interruptōnē.Tandē cauſa ſic
inſtructa remiſſa fuit ad ſe.ap.Poſt allega
tiones multiplices intellexit ep̄s ꝙ licꝫ ab
bas ꝑ priuilegia nō ꝓbaſſe t ſuã intentionē
tñ ꝓbauerat p̄ſcriptionē.Unde contra p̄-
ſcriptionē petijt ep̄s ſe admitti ꝑ beneficiũ
reſtitutionis ad probandũ ꝙ vigorñieñ.ec
cleſia tanto tp̄e vacauerat ꝙ tp̄e vacatōis
ſubducto p̄ſcriptio nō fuit cōpleta. Abbas
vidēs ꝙ iſta probatio p̄iudicabat ſibi in to
tum petijt ſe admitti ꝑ idem beneficiũ ad ꝓ
bandũ ꝙ vallis de eueſham eſt ille locus q
fuit ꝑ duos reges libertati donatus.quem
celeſtinus papa libertati donauit. Papa
videns ꝙ vtraqꝫ eccleſia neceſſariã ꝓbatō
nem obmiſit vtranqꝫ reſtituit contra alterã
in p̄dictis articulis. Sed quia ꝓbatio ab-
batis preiudicialis erat.mandat papa iudi
cibus quatinus inſpiciant priuilegia Rc.⁊
of.regũ que abbas ſuꝑ libertate premiſſa
aſſerit ſe habere.⁊ ſi per illa cōſtiterit ꝙ val
lis de eueſham ſit ille locus quē celeſtinus
libertati donauit.abſoluant abbatē ab im-
petitōne epiſcopi ſuper eccleſijs predictis
epiſcopo ſuper illis ſilentium imponentes.
Si vero abbas in hac probatione defece-
rit audiant probationes epiſcopi ſuꝑ tēpe
quo infra quadraginta annos ſedes epi-
ſcopalis vacauit.⁊ ſi per tantum tp̄us va-
caſſe conſtiterit ꝙ illo ſubducto preſcriptō
nō ſit completa.adiudicēt epiſcopo ius epi
ſcopale in illis eccleſijs.abbati ſilētium im-
ponendo.Si autem epiſcopus hanc exce-
ptionem non probauerit. tamen quia ipſe
probauit interruptionem in quibuſdam

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

articulis.adiudicẽt eidẽ ius epiſcopale in
illis. dũmodo infra.xl.annos interruptio
facta fuit.in ceteris in quibus abbas pſcri
ptionẽ probauit epõ ſilentiũ imponentes.
Nota ꝙ ius epãle generale nomẽ eſt ⁊ ha
bet multas ſpecies ſub ſe.vt hic ptz. Itez
de vna defenſione poteſt quis tranſire ad
contrariũ.quia pſcriptio ⁊ priuilegiũ con-
traria ſunt.⁊ tñ abbas hic admiſſus fuit ad
vtrũqz ſed ſubalternatione illud fieri debz.
Item priuilegiũ regale declarat priuilegiũ
pape ⁊ ſic priuilegiũ obſcurum nõ probat.
Item tpũs vacantis eccleſie debet deduci
de pſcriptione. Item licet quis pſcribat
in vno articulo non tñ in alio.

Caſus. Archieps ſe

**Cum ex officii.** noſi.dum viſitaret ꝓ
uinciã ſuam tranſitũ faciens per dyoc.pa
riſieñ.deſcendit ad eccleſias abbatis ſancti
maglorij ⁊ priores de caſtres a quibus pe
tijt ꝓcurationẽ ſed ipſi ſibi eam denegaue
runt allegantes in ſuam defenſionẽ ꝙ nun
ꝙ hmõi ꝓcurationẽ pſtiterunt pdeceſſori
bus ipſius archiepi. nec petita fuit ab eis
ꝙ ipſi meminerint ꝓpter quod archiepũs
tulit in eos ſniam ſuſpenſionis ſignifican-
tes hoc dño pa. Sed ipſe hãc allegationẽ
friuolam reputauit cum cõtra ꝓcurationẽ
que rõne viſitationis debet preſcribi non
poſſit.ſicut nec contra ipſam viſitationem
poteſt aliquo modo pſcribi.ꝙuis alius cõ
tra ipm preſcribere poſſit vtranqz. Vñ mã
dat pariſieñ.epo quatinus ſniam quã tulit
prefatus archiepũs in hmõi cõtemptores
de antiqua metropolitañ.conſuetudine vſ
qz ad debitam ſatiſfactionẽ faciat obſerua
ri.quia vt dicit apoſtolus.qui ſpiritualia ſe
minat nõ eſt magnũ ſi carnalia metat.cum
nemo ſuis ſtipendijs militare cogat.ſi ali-
quid aliud voluerint allegare contra inten
tionez archiepi ac probare papa faciet eis
iuſticiam exhiberi. Nota ꝙ contra viſita
tionẽ ⁊ ꝓcurationẽ que debet ꝓpter viſi-
tationẽ nõ currit preſcriptio. Item archi
epũs iure metropolitico poteſt prouinciã
ſuam viſitare. Itẽ nemo ſuis preſumpti-
bus cogitur ſeruire.

Caſus. Archiepũs piſa

**Si diligenti.** nus fecit ſibi preſtari iu
ramentũ fidelitatis noie ſuo ⁊ eccleſie piſa
ne a marchione maſſe iudice calaritano ꝓ
ipſo iudicatu.cum tñ iudicatus ille ptine-
at ad ro.ecc. Papa hoc intelligens mãda
uit archiepo piſano vt illum abſolueret ab
illo iuramento.vt illud poſtea exhiberet ec
cle.ro.eo nõ obſtante. Archiepũs receptis
lrĩs papa miſit nuncios ad eum vt ſup hoc
ſe excuſaret.ſcribẽs eidem ꝙ poſtꝙ fuit in
archiepm aſſumptus iuramentũ illud rece
pit ab eodem iudice ꝓ ecc.romana.et hoc
idem fecit anteceſſor ipſius. Papa audita
reſponſione ipſius archiepi ⁊ alijs que nũ
cij ſui ꝓponere voluerunt reſcripſit eidem
archiepo in hunc modũ dicens.ꝙ iudica-
tus calaritanus ad ius ⁊ proprietatẽ ro.ec
cle.ptinet ſicut tota ſardinia nullo median
te. Vnde nõ licuit ei ꝓ ſe vel eccleſia ſua p
dictum exigere iuramentũ. Et intellectis
que nũcius ipſius ꝓpoſuit coram papa.nõ
intellexit ipm vel eccleſiam ſuã aliquo iure
iuuari.cum autoritatẽ apoſtolice ſedis ſup
hoc nõ oſtendat ꝑ quã iuramentũ illud ali
qñ ſit exactũ.nec pſcriptiõe aliqua muniat
imo ſm confeſſionẽ archiepi nõ eccleſia pi
ſana vel ipſe archiepũs fuit in quaſi poſſeſ
ſione exigendi hmõi iuramentuz. quod ab
ipſis iudicibus pro ſe.ap.confitet fuiſſe re
ceptuz.ꝑ quod conſtat ꝙ eccleſia ro.ſemp
fuit in quaſi poſſeſſione.qꝛ miniſterio illius
et anteceſſorũ ſuorũ ꝓ ro.ec.exactum fuit
⁊ preſtitũ hmõi iuramentũ.ille eñ poſſidet
cuius noie poſſidet. Si vero archiepũs di
cat ꝙ noie ſuo ⁊ nõ noie ro.ec.iuramentũ
fuit exactum.poſſet ei inferri ꝙ ipſe viola-
uit iuramentũ preſtitũ pro conſeruando iu
re ⁊ honore ro.ec.vnde licite tetinere non
poſſet.quod contra hmõi iuramentũ ſcien
ter fuit obtentũ.cum ſm hoc preſcriptio lo
cum habere nõ poſſet.cum in pſcriptiõe re
rum eccleſiaſticarũ bona fides ⁊ iuſtus ti-
tulus exigant.⁊ ſi pſcriptio locũ poſſet ha
bere.nõ tñ poſſet centenariã pſcriptionem
ꝓbare que ſola currit contra romanã ecc.
Nota ꝙ confeſſio preiudicat extra ius fa-
cta. Itẽ ille poſſidet cuius noie poſſidet



Item bona fides ⁊ iuſtus titulus regrunt
qñqz in pſcriptione rerũ eccleſiaſticarum.
Item ſola cẽtenaria pſcriptio currit cõtra
romanam eccleſiam.

Caſus. Epũs lucanus in

**Cum olim.** pñtia dñi pa.litigabat cuz
abbate ⁊ monachis ſancti ſaluatoris de fi-
cheto ſup plebe ſalamazone ⁊ capellis pti-
nentibus ad dictam plebem.petens in eis
inſtitutionẽ ⁊ alia ad ius epãle ptinentia.
Ad ꝓbandam intentionẽ ſuam primo alle
gabat ius cõmune.cuius auctoritate dice-
bat omnia ſpũalia in pdictis locis in eius
dyoc.ꝯſtitutis ad ipm tanꝙ ad dyoc.epm
ptinere. Inſup allegabat quoddã arbitriuz
a piſtotieñ.epo archipſbitero ⁊ primicerio
lucanis ſup hoc ꝓmulgatum. Ex parte ab
batis exhibitum fuit quoddaz priuilegium
greg.vij.qd videbat pceſſiſſe dictum arbi
trium.ꝑ quod mõaſteriũ plebs ⁊ capelle p
dicte videbant libertati donate.⁊ alia quo
qz priuilegia romanorũ pon.poſt dictũ ar-
bitrium obtenta q libertatem ſibi concede
re videbant. Induxit inſup teſtes ad ꝓbã
dum pſcriptionem. Dñs pa.examinato ne
gocio.qꝛ cõſtitit ei ꝙ abbas ſufficiẽter oſtẽ
dit monaſteriũ ſuũ ſup inſtitutionibus ⁊ q
buſdã alijs articulis tam in plebe ꝙ in ca-
pellis legitima pſcriptõne munitũ.abſoluit
abbatem ab impetitõne epi ſup iam dictis
articulis.et ſup alijs omnibus que ad ius
epãle ptinere noſcunt ſm tenorem arbitrij
eundem abbatem quo ad plebem ⁊ capel-
las cõdẽnauit. Nota ꝙ ius epãle in mul
tis articulis cõſiſtit.⁊ licet pſcribat in vno
nõ tñ in alio. Item ꝑ partem non retinet
totum. Item ꝑ arbitriũ nõ recedit a pri-
uilegio. Item contra arbitrium pſcribit.

Caſus. Inter abbatem ſan

**Veniens** cti martini de panonia ex v
na parte.⁊ epm veſprinieñ.ex altera cõtro
uerſia vertebat ſup quibuſdã decimis ⁊ ſu
per qbuſdam iuribus ſpũalibus clericorũ ⁊
eccleſiarũ ipſius monaſterij. Abbas in pre
ſentia pape petijt vt eps pdictus nõ impe
diat vel faciat impediri quominus omnes
qui cõſiſtunt in ſimagieñ.parrochia vel co
mitatu decimas ſibi ſoluãt de omnibus q
ibi habent. Petijt inſup vt clerici eccleſia-
rum monaſterij libere ꝑcipere poſſint chri
ſma oleum conſecrationes altariũ ⁊ eccleſi
rũ ⁊ ordines a quo maluerint epo. Ad hec
ꝓbanda induxit priuilegiũ paſchalis ⁊ ſan
cti ſtephani regis ⁊ priuilegia alexan.⁊ cle
mentis. Allegauit inſup preſcriptionẽ in p
dictis ſacramentis ꝑcipiẽdis. Et aduerſo
petijt eps vt decimas ſimagieñ.comitatus
conſtitutas in dyoc.ſua quas detinet idez
abbas ſibi reſtitui faceret.niſi aliquo ſpãli
iure ſe defendere poſſet. Papa auditis et
intellectis meritis cauſe decreuit ꝙ clerici
eccleſiarũ ipſius monaſterij quod eſt in ipſi
us dioc.conſtitutũ reciperent pdicta ſacra
menta ab epo veſprinieñ.ſi catholicus fue
rit ⁊ gratiam ſedis apo.habuerit ⁊ ea gra-
tis voluerit exhibere.alioquin a quo malu
erint epo catholico recipiendi pdicta libe
ram habeant facultatez ſicut in priuilegijs
paſchalis ⁊ alexan.continet non obſtante
priuilegio clementis ꝑ quod priuilegijs p
deceſſorum ſuorũ non extitit derogatum.
cum de ipſis nullam fecerit mentionẽ. cuz
ibi contineat ſaluis conſtitutionibus eccle
ſie romane ⁊ legatorũ ipſius. Preterea p-
ſcriptio quã abbas opponebat in eius ſub
ſidiũ obſtare nõ poterat.quia ſi preſcriptõ
cõſummata erat qñ ab alexan.priuilegium
impetrauit iuri pſcriptionis renunciaſſe vi
det pſertim cum abbas priuilegio alexan.
ſit vſus coram papa in hac cauſa. qd con-
tradicebat intentioni abbatis.quantuz ad
hunc articulum. Si vero nõdum erat con-
ſummata pſcriptio ſed erat in pſcribendo
qñ priuilegium obtinuit. poſt impetratum
priuilegiũ bonam fidem nõ habuit et ideo
nõ preſcripſit. Nota ꝙ eoipſo quo cleri
ci et eccleſie ſunt in dyoceſi epi omnia ſa-
cramenta tenent recipere ab eodẽ niſi con
trariũ oſtendat. Item gratis ſacramẽta
ſunt conferenda. Item ab eo epo qui ca
tholicus nõ eſt non debent recipi ſacramẽ
ta predicta. Item ſcdm priuilegium non
derogat primo niſi de ipſo faciat mẽtionez
ſicut in reſcriptis. Item pſcriptio ⁊ pri-
uilegium ſunt contraria. Item ex diuer
ſis cauſis titulus ſiue dominiũ haberi non



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

poteſt.vt hic patet.q2 qđ meű eſt ex alia cā
meű fieri nő poteſt.qui habet priuilegium
p̃ſcriptő quo ad hoc nihil addit. Item q
nő habet bonam fidem nő preſcribit.

Ca.Quicunqȝ facit

**Quoniã omne.** contra conſciam edi
ficat ad gehennã.ꝛ ideo ſtatuit conciliű ꝙ
nulla valeat p̃ſcriptio abſqȝ bona fide tam
canonica ꝙ̃ȝ ciuilis.q2 omni conſtitutőni ꝛ
conſuetudini derogandű eſt q̃ ſine mortali
peccato ſeruari nő poteſt.ꝛ ideo oportȝ vt
q rem alterius p̃ſcribit in nulla parte p̃ſcri
ptionis habeat malã fidem. No.ꝙ q fa-
cit contra conſciam peccat mortaliter.Itẽ
p̃ſcriptio ſine bona fide nő valet. Item p
hanc cőſtitutionẽ derogaẗ omni cőſtitutői
iuris ciuilis ꝛ canonici q̃ ſine mortali pec-
cato ſeruari nő poteſt. Itẽ in p̃ſcriptőne
exigiẗ bona fides continua.

## De ſententia et re iudicata.

Titulus.xxvij.

**Ententia contra leges**

Caſus.Diciẗ in capitulo iſto ꝙ
ſnia lata cőtra leges ꝛ canones
nulla eſt ipſo iure.lȝ ñ ſit ſuſpẽſa p appella-
tionẽ. Nota ꝙ ſnia contra ius lata nulla
eſt licet nő appelleẗ ab ea.

Ca. Dicitur in capitu-

**Iurgãtium.** lo iſto ꝙ controuerſie li-
tigantiű celeri debent ſnia terminari. No
ta ꝙ lites ꝓrogari nő debent.

Ca.Diciẗ hic ꝙ ſenten

**Non poteſt.** tia epoꝛum nő poteſt cle
ricũm deponere niſi concors ꝛ iuſta fuerit
Nota ꝙ iudices in ſententijs ferendis cő
cordes eſſe debẽt.

Ca. Diciẗ in capitulo iſto ꝙ

**Ea que.** ea q̃ ſm canones iuſte ꝛ rőna-
biliter ſunt diffinita p confirmationẽ pape
debent roborari. Nota ꝙ ſnie iuſte late
p papam debent confirmari.qđ verum eſt
ſi poſtulatű fuerit eas confirmari.

Ca.Ecce papa p̃ſtibus p-

**De cetero.** tibus tulit ſniam diffinitiuã
Mandat papa alicui quatinus ſniam illaȝ
debeat executioni mandare.Executor lr̃is
executiőis receptis citat partes. Reus cő
tra quẽ debȝ executio fieri dicit ꝙ ſnia nő
eſt executioni mandãda.q2 p fraudẽ ꝛ do-
lum lata eſt.dubitat executor quid facere
debeat.vtrű debeat cognoſcere de fraude
allegata.Rñdet pa.ꝙ executor de fraude
illa vel dolo cognoſcere nő debet.ſed hoc
referat ad ſedem apo. Nota ꝙ merus ex
ecutor vltra executionẽ nullã habet cogni
tionẽ.ꝛ ideo referre debet ſupiori queſtio-
nem fraudis que opponiẗ contra ſniam.

Ca. Diciẗ hic ꝙ

**Cum aliquibus.** cum alicui adiudi-
cata eſt poſſeſſio.nő ſufficit ꝙ aduerſarius
det pignus.ſed mittendus eſt in poſſeſſio-
nem ꝛ gaudere debet plena ꝛ pacifica poſ
ſeſſione. Nota ꝙ cum alicui adiudicatur
poſſeſſio nő pignera ſed poſſeſſionẽ debet
habere.

Ca. Quidam. P

**Lator preſentiű.** noie quandam du
xit vxorem carnali copula ſubſecuta. Tan
dem ſcandalű inter eos eſt exortű.Cőſan-
guinei mulieris mouerunt queſtionẽ con-
tra virű ꝙ illa eius nő poterat eſſe vxor.et
ſic ſtudio vtriuſqȝ interueniẽte fuerűt ſepa
ti minus iuſte. Uir predictus ad conſcien
tiam rediens acceſſit ad dominum pa.ex-
ponens ſibi p̃dicta.Uñ mandat iudicibus
quatinus ſi conſtiterit eos nő fuiſſe legitie
ſeparatos ꝛ eccleſiã deceptã fuiſſe ipſos fa
ciant inſiẗ pmanere. Nota ꝙ hic auditur
turpitudinẽ ſuã allegans.ſed hoc eſt ꝓpter
periculű anime. Item ſnia contra matri-
moniű lata nő tranſit in rem iudicatam.

Caſus. Archipreſby-

**Cum cauſa.** ter cuiuſdam plebis ven-
didit quandã domű ſine conſenſu capituli
G.et.A.laicis.qui occaſione hmői vendi-
tionis coram legato apo.ſe.petierunt do-
mű illam ſibi adiudicari.Quidã canonicuſ
illius plebis.T.noie apparuit p capitulo
ad defenſionẽ domus.Dű cã illa tractare
tur ille.T.appellauit ad ſedem apo.Lega
tus ſtatuit terminű appellanti ad iter arri-
piendum ad apoſtolicã ſedem.Sed q2 ille
infra terminű ſibi p̃fixum iter non arripuit
p̃dictus legatus tulit ſniam contra dictuȝ.
T.adiudicans domű illam laicis p̃dictis
ſcđm conſuetudinẽ veroñ.ciuitatis.A qua
ſnia fuit appellatű.ꝛ appellationis cã com
miſſa fuit epo brixieñ.q legati errorẽ ſecu-
tus contra formã canonű legati ſniam con
firmauit.ꝛ iterum fuit appellatű. Papa di
ligenter examinato negocio licet vſus vel
cőſuetudinis nő minima ſit auctoritas nű
ꝙ̃ȝ tñ legi aut veritati preiudicat. ꝛ ideo pa
pa predictã ſniam caſſauit plebem p̃dictaȝ
abſoluens ab impetitőe illoꝛű laicoꝛű ꝛ do
mű illam eidem eccleſie adiudicans. No
ta ꝙ ſi quis infra terminű ſibi ſtatutum ap
pellationẽ nő pſequiẗ iudex poſt terminű
in cauſa ꝓcedere debet. Itẽ ſnia lata cő
tra canonum formã nő valet. Item con-
ſuetudo licet magne ſit auctoritatis nő tñ
legibus aut canonibus preiudicat.

Caſuſ. Aliqua cauſa

**Inter ceteras.** ꝯmiſſa eſt appellatiőe
re.Iudex tulit ſniam iniquã cőtra ius ſcri-
ptum.vel exprimendo erroreȝ in ſnia.talis
ſnia nő tenet cum iniquitatẽ contineat ma
nifeſtam. Nota ſniam contra ius ſcriptű
latam nullam eſſe.

Caſus.Inter.

**Tenor litterarum.** R.et.M. muli
erem queſtio matrimonij vertebaẗ. que cő
miſſa fuit epo theatino.Iudex abſente mu
liere dictű.R.ab impetitione ipſius abſol-
uit.Mulier hoc audito cauſaȝ impetrauit
cőmitti iudici p̃ſti vt de cauſa illa cogno-
ſceret ꝛ fine canonico termiaret.Iudex vo
cauit dictum.R. Ille infirmitate pretenta
nő venit.ſed nocte ſequenti cum alia cőtra
xit.ꝓpter quod iudex ip̃m excőicauit.Ille
poſtmodű comparuit ꝛ fuit abſolutus oſtẽ
dens ſniam predicti epi qualiter a muliere
predicta fuerat abſolutus. Nihilominus
mulier offerebat teſtes p quos ꝓbare vole
bat ꝙ dictus.R.eam deſponſauerat. Iu-
dex dubitauit quid facere debeat cőſultus
pa.rñdit ꝙ nő obſtante illicita abſolutione
quẽ fecit eps in cã ꝓcedat.precipiẽs dicto
R.ſub pena excőicationis ne ad eam quã
ſupduxerat accedat donec cauſa iſta fuerit
terminata. Nota ꝙ ſnia lata cőtra abſen
tem nő cőtumacẽ nő tenet ꝛ citra appella-
tőnem reſcindiẗ. Item ſnia que nulla eſt
obſtat agenti. Item ar.ꝙ aliquis priuaẗ
iure ſuo ſine culpa ſua.

Caſus. Quedã mu

**Conſanguinei.** lier contraxit matri-
moniű cum quodã viro.Tandẽ cőſangui-
nei eiuſdem mulieris accuſauerunt matri-
moniű dicẽtes ꝙ ipſa nő poterat eſſe eius
vxor.cum eſſet cőmater ipſius.quo ꝓbato
ſnia diuortij lata fuit.Poſt ſniam latã mu
lier confeſſa eſt epo loci ꝙ in veritate ante
ſniam eius cőmater non fuerat.ſed poſt ſe
parationẽ cőpaternitatẽ cum eo contraxit
et poſtmodű cum alio cőtraxit.queſitű fuit
a pa.quid iuris eſſet.Et ipſe rñdet ꝙ p ſo-
lam mulieris confeſſionẽ nő eſt a ſnia rece
dendű p iudiciű eccleſie ꝓmulgata niſi legi
time in contrariű ꝓbareẗ. Nota ꝙ p con
feſſionẽ alterius coniugű a iudicio eccleſie
nő eſt recedendű. Item qñcunqȝ conſti-
terit eccleſiã deceptã fuiſſe in cã matrimo
nij ſnia contra matrimoniű lata reuocabiẗ

Caſus.Uacante archidi

**Cum olim.** aconatu magaloneñ.eps
magaloneñ.noiauit.P.de caſtro nouo ad
ip̃m archidiaconatű.Prepoſitus eiuſdem
eccleſie inhibuit ne aliquis inſtitueret ibi-
dem niſi prius duplici voce ſibi conceſſa et
ne contra fieret appellauit.Sed eps dictű
P.p anuluȝ de archidiaconatu inueſtiuit
et p̃poſitus aliű noiauit.Propter qđ ꝓcu
ratores vtriuſqȝ partis ad ſe.ap.acceſſerűt
Celeſtinus intellecto negocio caſſauit qc-
quid factum fuit ab vtraqȝ parte.ꝓnunci-
ans ꝙ ſcriberet aliquibus vt tam epum ꝙ̃ȝ
p̃poſitum ꝛ alios moneret ad ordinanduȝ
archidiaconatű concorditer.qđ ſi nő face-
rent ipſi executores archidiaconatű ordi-
narent.Poſt hoc eidem celeſtinus contra
ꝓnunciationẽ ſuam archidiaconatű ipſum
contulit.G.qui nondű ꝓmotus erat ad di
aconatus officium.circũuentus vt diceba
tur.ꝓcuratore epi ignorãte in curia exiſtẽ-
ti.Tandem negociű iſtud delatum fuit ad
innocentiű.Ipſe vero volens p̃deceſſoruȝ
ſuorum veſtigijs inherere dicentiű ſniam
ro.ſe.cum aliqd ſubreptuȝ eſt poſſe in meli
us cőmutari.qđ de p̃dicto.G.factum fuit
in irritum reuocauit ꝛ ei licet abſens exiſte



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

ret ſilentium imponendo.cum de ſubrepti
one liquido conſtitiſſet.nō obſtante dona-
tione quã a dicto epõ in eluſionẽ ſe.ap.idẽ
G.dicit̃ recepiſſe.mandans capitulo ma-
galoñ.quatinus p̃dictum archidiaconatuꝫ
in concordia eorũ qui pñtes in eccleſia fue
rint ordinare ꝓcurent. Nota ꝙ ſnia ro.
ſedis ꝓpter ſubreptioneꝫ reuocat̃. Item
ea que ꝑ ſubreptionẽ fiunt debent in irritũ
reuocari. Item contra abſentẽ ꝓcedit̃ in
his que ꝑ ſubreptionem commiſit.

Caſus. Inter abbatem ⁊

**Cum inter**.conuentuꝫ ſancti zenonis
veroneñ.ex parte vna.⁊ archip̃ſbyterum ⁊
clericos ſancti ꝓculi ex altera.ſuꝑ ſubiecti-
one ipſius eccleſie queſtio vertebat̃.Par-
tibus in pñtia dñi pape conſtitutis ꝓpone
batur ex parte monaſterij ꝙ eccleſia predi
cta monaſterio debet pleno iure ſubeſſe in
inſtitutione videlicet.deſtitutione.inueſti-
tura archip̃ſbyteri ⁊ eius fidelitate. ⁊ alijs
ꝑ que plena ſubiectio declarat̃.Ad hec ꝓ-
bãda pars monaſterij inducebat inſtrumẽ
tum publicũ conceſſionis.B.quondã ve-
roñ.epi quã conceſſionẽ.I.ſucceſſor illius
confirmauit. Induxit etiam priuilegia ro.
pontificũ ⁊ patriarcharũ aquilegeñ.quorũ
vnus de ſubiectione plenaria in priuilegio
ſuo euidenter exp̃ſſit.Allegauit inſuper ꝙ
olim inter abbatem ſancti zenonis ⁊ archi
p̃ſbyterum ſancti ꝓculi ⁊ fratres ipſius or
ta fuit queſtio de obedientia manuali ⁊ fi-
delitate.ſed illi ad hec duo ſe teneri nega-
bant.⁊ ſuꝑ his teſtes inducti fuerũt.Tan-
dem p̃fatus.I.veroneñ.epũs ſententialiter
diffiniuit ꝙ archip̃ſbyter vel dimitteret ec
cleſiam aut faceret eidem abbati obedienti
am ⁊ fidelitatem.ſm ꝙ quidam cardinalis
olim iudicauerat.cuius ſniam epũs fuit ſe
cutus.⁊ a ſnia epi appellatum nõ fuit.⁊ ſic
in rem tranſijt iudicatam.Ex parte aduer-
ſa ꝓponebat̃ ꝙ predicta donatio nõ vale-
bat ⁊ ita ꝑ conſequẽs nec priuilegia cõfir-
mationis ipſius conceſſionis. Dñs papa
his ⁊ alijs auditis ⁊ intellectis dicit.ꝗ̃uis
nõ ſit multum inſiſtendũ inſtr̃o donatõnis
nec confirmatõibus vel priuilegijs que ab
ipſa donatione cãm ⁊ originem habuerũt
tñ conſiderauit ꝙ quantũ ad ipſos litigan
tes ius ex ſnia factum exquo tranſit in rem
iudicatã.etiam ſi contra ius litigatoris la-
ta fuiſſet.cum lata nõ fuerit contra ius cõ-
ſtitutionis exp̃ſſe veritate geſtorũ ſermoni
bus p̃ualente.i.ſnia p̃dicti epi lata ꝓ abba
te preferẽ alijs que inducebat abbas ꝓ ſe
que parum faciebant.cum donatio illa nõ
valuerit.que ſnia p̃ſumit̃ rite lata.diffiniuit
pa.ꝙ archip̃ſbyter ſancti ꝓculi qui ꝓ tẽpe
fuerit preſtet obedientiã ⁊ fidelitatem ab-
bati ſancti zenonis. Nota ꝙ ſnia a qua nõ
eſt appellatum tranſit in rem iudicatã ⁊ fa
cit ius inter partes.i.declarat. Itẽ ſi pri-
cipale nõ tenet nec alia omnia que ab ipſo
cãm ⁊ originem acceperunt. Item lꝫ ſen
tentia lata ſit contra ius litigatoris a qua
nõ eſt appellatũ tenet ſi lata eſt contra ius
conſtitutionis expreſſe nulla eſt nec eſt ne-
ceſſe appellare ab ipſa. Item veritas ge
ſtorum ſermonibus preualet.Et poteſt hic
ſumi illud generale.plus valet ꝙ in verita-
te agit̃ quã quod ſimulate concipit̃. Itẽ
ſemꝑ preſumit̃ ꝓ ſententia donec in cõtra
rium oſtendatur.

Caſus. Inter

**Cauſam que inter**.canonicos no-
uarieñ.ex parte vna et.A.clericũ ex altera
queſtio vertebat̃ ſuꝑ prebẽda nouarieñ.ec
cleſie.que de conſenſu partiũ commiſſa fu
it epõ lauduñ.qui cognito de meritis cau
ſe tulit ſniam ꝓ canonicis nouarieñ.a qua
dictus clericus ſe.ap.appellauit. Partes
ꝓ cauſa illa coram dño papa cõparuerunt
In cuius pñtia ꝓpoſitum fuit ex parte ipſi
us clerici ꝙ dictus epũs contra formã man
dati ſniam ꝓmulgauit.ſicut ꝑ atteſtatiões
nitebat̃ probare.Papa auditis ratõnibus
partium.conſiderans ꝙ iudex nõ ſemꝑ ad
vnam ſpeciem ꝓbationis animi ſui motum
informat.⁊ ipſa ſnia nihil cõtinebat iniquũ
et de conſenſu partiũ cauſa fuerit cõmiſſa
ſniam a predicto epõ latam confirmauit.
Nota ꝙ qui appellat a ſnia probare debet
ſniam eſſe iniuſtam. Item iudex nõ debꝫ
ſemꝑ animũ ſuum alligare ad vnam ſpeciẽ
ꝓbationis tantũ.ſed omnia que coram eo
acta ſunt debet diligenter cõſiderare. ⁊ ex
his omnibus animũ ſuum informare.⁊ ſm
hoc ferre ſniam. Item ſnia nihil iniquuꝫ
continere debet.



Caſus

**Quod ad conſultationẽ.** Cum
quidam clericus infamatus eſſet ſuper qui
huſdaꝫ criminibus.indicta fuit ei purgatio
vſqꝫ ad.xx.dies ⁊ ab ipſo recepta.adueniẽ
te.xx.die appellauit nulla cauſa appellatio
nis expoſita.querit̃ vtrum appellationi illi
us ſit deferendũ. Et reſpondet̃ ꝙ nõ cum
infra decem dies nõ appellauerit.quia per
hoc acquieuit ſnie iuris interpretatiõe.ma
xime cum cãm non reddiderit appellandi.
Item idẽ clericus cõdemnatus fuit in cau
ſa pecuniaria ⁊ ꝙ ad eundẽ terminũ ſolue-
ret.qui terminũ ad hoc ſpõte ſuſcepit. ipſe
tñ ſoluere volebat infra quadrimeſtre tp̃us
quod dat̃ condẽnatis.ꝓpter quod appel
lauit.actor petebat ſniam executioni man-
dari.Querit̃ vtrum tali appellationi ſit de
ferendũ.Rñdet̃ ꝙ ꝓpter talem appellatio
nem nõ eſt differenda executõ.qr illud tp̃s
põt artari ⁊ elongari iuſta de cã. et ſponte
recipiendo talem terminũ quadrimeſtri tꝑi
renunciaſſe videt̃.vñ ſibi eſt imputandũ.et
ideo nõ audit̃ appellans. niſi forte modus
executõnis canonicus excedat̃. Nota ꝙ
niſi condẽnatus appellauerit infra.x.dies
ſnia tranſit in rem iudicatã. Item q non
appellat iuris interp̃tatiõe ſnie paruiſſe vi
detur. Item quadrimeſtre tp̃us qd dat̃
condẽnatis a iure in cã pecuniaria põt ab-
breuiari ⁊ elongari a iudice ex cã. Itẽ ſi
quis terminũ illum recipiat ſpõte etiã ſine
cã ampliori tꝑi renunciare videt̃.vñ poſtea
nõ põt appellare ꝓpter hoc. Item tacite
renũciat quis iuri ſuo. Item ab executo-
re nõ eſt appellandũ niſi modum excedat.

Ca. Inter.H.ſubdya-

**Sicut nobis**.conũ.⁊.H.p̃ſbyterũ ver
tebat̃ queſtio ſuꝑ qnqꝫ modijs frumẽti q̃s
dictus p̃ſbyter annuatim eidẽ ſubdiacono
vt dicebat ſoluere tenebat̃. cõmiſſa fuit cã
ſuꝑ hoc quibuſdã iudicibus.coraꝫ quibus.
H.ſubdiaconus petebat a dicto.H.p̃ſbite
ro qnqꝫ modios frumenti ſibi ꝑ annos ſin-
gulos ꝑſoluendos.Sacerdos ſe nõ teneri
rñdit cum alia vice ſuꝑ hoc conuentus fue
rit ⁊ ſnialiter abſolutus.ad qd ꝓbandũ du
os teſtes induxit.ꝑ quos conſtitit ꝙ mgr̃.
A.auctoritate epi lauduneñ.ip̃m abſoluit
ab impetitõne ſubdyaconi ſupradicti.Sed
qr teſtimoniũ ipſorũ quaſi nude ꝓlatũ fue-
rat cum nihil dixerint de cauſis q̃ iudicem
mouere ſolent ad ſniam ꝓferendã.cõſulue
runt pa.quid ſuꝑ hoc ſit ſeruandũ. cum in
pleriſqꝫ locis in quibus copia prudentum
habet̃ obſeruet̃ de conſuetudine ꝙ omnia
q̃ mouent iudicem ad ſniam ꝓferendã non
exprimant̃ in ſnia. Rñdit pa. ꝙ cum ita ſit
ꝙ ex dictis ipſorũ teſtium conſtet ſniam a
iudice ſuo ꝓlatam p̃ſumi debet omnia ſolẽ
niter ꝓceſſiſſe ꝓpter iudiciariam ptãtem.
Nota ꝙ licet teſtis non reddat cãm ſui di
cti.nihilominus valet dictum eius vbi nõ
fuit interrogatus de cã. Itẽ omnia que
mouent iudicẽ neceſſe nõ eſt exprimere in
ſnia. Item ſententia lata ꝓbatur ꝑ teſtes
Item p̃ſumenduꝫ eſt ꝓ iudiciaria ptãte ꝙ
omnia legitime fecerit in cauſis.

Ca. Cum inter ep̃m au

**Cum ſuper**.rieñ.ex vna parte.⁊ mo-
naſterium nouecelle ex altera.ſuꝑ ſtatu ipſi
us diuerſe ſnie pro epõ late fuiſſent taꝫ ex
parte monaſterij q̃ꝫ ex parte oueceñ.epi fu
it ad ſe.apo.appellatũ.Unde ep̃s oueceñ.
ꝑ nunciũ ſuũ conquerebat̃ ꝑ ſnias illas ec-
cleſiaꝫ oueceñ.enormiter eſſe leſam ad quã
dicebat dictum monaſteriũ ꝑtinere.quare
dicta ſnia ꝓ epõ nõ debet executioni man
dari.Suꝑ hoc negocio multa fuerunt alle
gata in pñtia dñi pa.Uñ cum ex parte mo
naſterij nihil rõnabile oſtenſum fuerit qua
re dicta ſnia ꝓ epõ lata debuerit irritari.et
ideo quantũ ad monaſteriũ ipſam cõfirma
uit.Mãdat papa iudicibus quatinus ſi cõ
ſtiterit appellationẽ ꝓ eccleſie oueceñ.rõ-
nabiliter interpoſitã ⁊ ad eam ꝓſequendã
nunciũ ſuum infra tp̃s legitimũ deſtinaſſe
executio ſnie differat̃.ne circa poſſeſſionẽ
oueceñ.eccleſia detrimentũ incurrat.alio-
quin ſicut iuſtum fuerit executõni mandet̃
ſine p̃iudicio eccleſie oueceñ.cum hoc ſibi
nõ preiudicet quominus ſuã poſſit conſeq
rõnem.cum res inter alios acta nõ noceat



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

aliꝭs infra conſtitutõnes canonicas ⁊ ciuiles. No. ꝙ quilibet cuius intereſt poteſt appellare a ſnia inter alios lata ne mandet̃ executioni. Jtẽ infra tp̃s legitimũ .i. infra annũ debet qs ꝓſequi appellationẽ. Jtẽ et ſi nõ appellet̃ a ſnia inter alios lata. tñ remanet ei cuius intereſt ius ſaluuȝ. cum res inter alios acta nõ noceat aliꝭs.

Ca. Bertbol.

**Cum bertholdus.** dus miles habebat villaȝ ſuã in qua erat eccleſia. vñ ipſe erat patronus. villam illã obligauit. P. militi. dicto. P. creditore ſublato de medio. A. nepos eius ⁊ heres vacante ipſa ecclia D. clericũ eiuſdem loci pñtauit ad dictam eccleſiã dicẽs. ꝙ ius patronatus cum vniuerſitate tranſiſſet in eum. archidyaconus de conſenſu epĩ ip̃m inſtituit in eadem ⁊ in corꝑalem poſſeſſionẽ induci fecit eundem. Dictus bertholdus dñs fundi hoc audiens. T. p̃ſbyterum ep̃o pñtauit. ſed epũs ip̃m nõ admiſit. Propter qd̃ dictus. T. p̃ſbyter coram remeñ. archiep̃o apo. ſe. legato contra prefatũ. D. depoſuit queſtioneȝ Archiepũs cãm ſuꝑ hoc iudicibus delegauit ſub hac forma vt cauſam inſtructam ad ip̃m remitterent prefigendo partibus terminũ ꝑemptoriũ in quo eius ſe conſpectui pñtarent ſniam recepture. Ad quem terminum dictus. D. cum ſuis atteſtationibus acceſſit. T. preſbyter nec iuit nec tunc miſit aliquem reſpõſalem. Legatus inſpectis atteſtatiõibus. D. clerici ip̃m ab impetitione. T. preſbyteri. abſoluit. Poſtmodũ vero idem. T. preſbyter infra breue tp̃s ad legatum accedens iuſtã cãm abſentie allegauit. Quo audito archiep̃s mandauit qbuſdam iudicibus vt ſi iuſtã cãm abſentie oſtẽderet coram eis. p̃dictaȝ ſniam nullius decernerent eſſe valoris. et cãm terminarent eandẽ. alioquin ſniam ipſam facerẽt obſeruari. Dicti iudices cõmiſerunt aliꝭs vices ſuas qui teſtes ſuꝑ predicto articulo receperunt. a quibus dictus. D. clericus ad ſedem apo. appellauit. Papa auditis ꝓbationibus illius p̃ſbyteri ſuꝑ abſentie ſue cauſa licȝ eam minus ſufficienter probaſſet. ne tñ preiudicaret opinio veritati. cõmiſit papa cãm illam cuidã cardinali. Jpſe vero intellectis meritis cauſe oĩa retulit dño pape. q archiep̃m inuenit circũuentũ fuiſſe ex tenore ſnie. tum quia continebat̃ in illa ꝙ ꝑ atteſtationes ipſius clerici fuerat ſufficiẽter ꝓbatum ꝙ p̃fatus. A. in poſſeſſione iuris patronatus extiterat cum ip̃m ad eandem eccleſiã pñtauit. cum tñ ꝑ atteſtatões illas nihil aliud oñſuȝ fuit niſi ꝙ p̃dicti. P. et. A. annuatim ꝑceperunt. x. ſol. qui patronus illius eccleſie dari cõſueuerunt. tñ qꝛ dicebat̃ in ſnia illa ꝙ dictus. T. in ꝓbatione defecerat. cum ꝑ atteſtatõnes illius appareat manifeſte ip̃m ſuã intentionẽ ſufficienter ꝓbaſſe. tum etiã quia cãm nõ recepit ſufficiẽter inſtructã. cum vnius partis atteſtationes receperat q̃ parum faciebant ad cãm. Vñ papa ſniam predictã caſſauit. ⁊ p̃fato. T. adiudicauit eccleſiã memoratã. cũ a vero patrono ip̃m conſtitit fuiſſe pñtatũ. Nota ꝙ nõ valet ſnia lata contra abſenteȝ ſi conſtiterit cum iuſta de cã impeditũ fuiſſe. Jtẽ lȝ minus ſufficiẽter ꝓbetur abſentie cã nihilominus debet de cã iterum cognoſci. Jtem veritas preualet opinioni. Jtem cum iudex circũuentus eſt iterũ debet de cã cognoſci. Jtem nõ dr̃ cã remiſſa ſufficienter inſtructa niſi allegatões vtriuſqȝ partis remittant̃. Jtem euidenter h̃ patet ꝙ ex pñtatione patroni acquirit̃ ius pñtato ſi patronus in ſua preſentatione ꝑſiſtat.

Ca. Dicit̃ hic ꝙ ſm ꝙ pa.

**Jn cauſis.** iudicat ⁊ aliꝭ debent iudicare. ⁊ ideo papa iuris ordinẽ ⁊ equitatis rigorem in cauſis diligenter obſeruare debȝ cum in ſil̃bus aliꝭ ſimiliter debeant iudicare. niſi cum ipſe aliqd diſpenſatiue duxerit ordinandũ. Nota ꝙ ordo iuris ⁊ equitatis rigor in iudiciꝭs obſeruanda ſunt. Jtẽ ſnia pape ius facit quo ad oẽs. Jtẽ ſm ꝙ ipſe iudicat ⁊ aliꝭ iudicare debent. et ſic in ſil̃ibus idem iudiciũ eſt habendũ. Jtẽ in diſpẽſatõibus cã neceſſitatis ⁊ vtilitatis attendenda eſt. Jtem diſpenſationes non debent trahi ad ius commune.

Ca. Vacãte mõa

**Jnter mõaſteriũ.** ſterio ſcti leufredi monachi elegerunt quendã de gremio ipſius monaſteriꝭ in abbatẽ. ⁊ dũ ipſi peterẽt ꝯfirmatõem electõnis ſue. monachi ſancti audoeni ſe oppoſuerũt dicentes electõem illã infirmandã ex eo ꝙ de monaſterio ſancti audoeni fieri debebat. quare ep̃s dyo. eã diſtulit cõfirmare. Unde ſuꝑ hoc ad petitõem monachoꝝ ſancti leufredi cauſa cõmiſſa fuit quibuſdã iudicibus. corã qbus lis fuit cõteſtata ⁊ ꝓceſſum in cã ⁊ teſtes recepti. Demũ mõachi ſancti audoeni ad alios iudices lr̃as impetrauerũt cõtinẽtes ꝙ primi iudices erãt eis certa rõne ſuſpecti. vnde ꝓpoſuerũt quaſdã friuolas exceptiones cõtra eos. quas cũ iudices admittere nollent illi appellauerũt. Judices videntes ꝙ prime lr̃e nõ reuocabant̃ ꝑ ſecũdas ꝓceſſerunt in cauſa nõ obſtante illoꝝ appellatõe. cõfirmantes electõnem monachoꝝ ſancti leufredi. Propter qd̃ delata fuit cauſa ad pa. corã quo obiꝭciebat̃ ꝯtra ſniam ꝙ lata erat a ſuſpectis iudicibus. et ꝙ cauſa fuerat aliꝭs iudicibus delegata et poſt appellatõem. allegabant etiã ſniam p̃us latã ꝓ eis ſuꝑ queſtione ipſa. Dñs papa auditis hinc inde ꝓpoſitis. qꝛ cõſtitit ei ꝙ ſcd̃e lr̃e nõ reuocabãt primas. tñ qꝛ cauſe ſuſpitõis friuole fuerũt que ante ingreſſum litis debuerũt ꝓponi ⁊ ideo eis renũciaſſe vident̃. tñ etiam qꝛ de ꝓceſſu iudiciũ et de p̊uilegiꝭs ap. ſe. nullã fecerant mentionẽ que ſi fuiſſent exp̃ſſa lr̃as nullateꝰ habuiſſent. ſniam prioꝝ iudicum cõfirmauit. nõ obſtãte ſnia que allegabat̃ a ꝑte aduerſa que nõ fuit oſtenſa dño pape. nec p̊mis iudicibus que etiã ſi eis fuiſſet oſtẽſa nihilominus ꝯtrarium ſtatuiſſent ea poſtpoſita qꝛ nõ valebat. Si aũt tenebat ⁊ eã nõ oppoſuerũt eis imputet̃. cũ lites p̃textu nouoꝝ inſtrumentoꝝ nõ debeant inſtaurari et electo munus benedictõis exhibuit ſaluo iure dyoce. epĩ. Nota ꝙ dilatorie exceptões ante litis ingreſſum debẽt ꝓponi. Jtẽ ipſo facto renũciat quis iuri ſuo. Jtẽ ſecunde lr̃e ad hoc vt reuocẽt primas debẽt facere mentõem de ꝓceſſu iudiciꝭ ⁊ de p̊uilegiꝭs aplĩce ſedis. Jtẽ p̃textu nouoꝝ inſtrumentoꝝ lites inſtaurari nõ debent. Jtẽ ſnia cõtra res prius iudicatas tenet. Jtem ꝑ factũ ſuꝑioris nõ p̃iudicatur inferiori.

Caſus. Jnter ep̃um

**Suborta inter** melden. ⁊ monaſterium rematen. ſuꝑ ſubiectõe ipſius monaſteriꝭ cõtrouerſia vertebat̃. Propter hoc ꝑtibus in p̃ſentia dñi pape cõſtitutis petiꝭt ꝓcurator epĩ reſtitui ad quaſi poſſeſſionem obedientie in eodẽ monaſterio qua ipſum monachi ſpoliarant. qꝛ ꝑ cõfeſſionẽ ꝓcuratoris monaſteriꝭ cõſtitit ep̃m quaſi poſſeſſionem obedientie in eodẽ monaſterio habuiſſe. papa ipſum reſtituit ad eandẽ. Veruntamen qꝛ ex ꝑte monaſteriꝭ q̃ddam priuilegiũ innocẽ. pape exhibitũ fuit in iudicio. qd̃ plenã libertatem monaſteriꝭ exprimebat. mandat papa quibuſdã vt epiſcopum reſtituant in quaſi poſſeſſionẽ obedientie. quo reſtituto niſi ep̃s cõtra priuilegiũ aliquid rationabile oſtenderit. ſuꝑ ſubiectõne monaſteriꝭ ſilentiũ imponant eidẽ Judices p̃dicti reſtituerũt ep̃m. ⁊ poſtmodum ceperunt cognoſcere ſuꝑ ſtatu ipſius monaſteriꝭ. Cõtra priuilegiũ innoceñ. pape exhibuit ep̃us quandã ſniam alexandri pape ſuꝑ ſubiectõne ipſius monaſteriꝭ. Judices receptis ꝓbationibus vtriuſqȝ ꝑtis cãm inſtructã remiſerunt ad dominũ papam. Papa auditis ⁊ intellectis rationibus ꝑtium. qꝛ intellexit rationes epĩ efficaciores. ſubiectõem in eodẽ monaſterio adiudicauit eidẽ. vt ibidẽ habeat tanq̃ȝ dyo. ep̃us poteſtatẽ. ita tamen ꝙ ꝑ hanc ſniam nullũ p̃iudiciũ ſe. apo. generet̃ quominus cũ voluerit ſuã iuſticiam ꝓſequat̃: Jn fine rñdet quaſi tacite q̃ſtioni. Diceret aliquis Nõne priuilegiũ innocẽ. debuit tueri monaſteriũ cõtra ſniam alexan. Rñdet papa. ſi priuilegiũ innocẽ. alexandro fuit in iudicio p̃ſentatũ. ⁊ ipſe tulit ſniam in cõtrariũ illud intelligit̃ reprobaſſe. Si vero nõ fuit exhibitũ p̃textu priuilegiꝭ de nouo reperti ſnia alex. nõ debet reuocari. Nota ꝙ cõfeſſio ꝓcuratoris dño p̃iudicat. Jtem incorꝑalia nõ poſſident̃ ſed quaſi. Jtẽ reſtitutio ad ſubiectõem ante ingreſſum p̊ncipalis cauſe facienda eſt. Jtẽ licet cau-





VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

ſa liberalis ſit ꝓiudicialis tñ queſtio poſſeſſionis ei ꝓiudicat. Jtem cõtra ꝓuilegiũ admittit̃ ꝓbatio ſiue defenſio. Jtem nõ ſufficit obijcere niſi ꝓbetur obiectum. Jtem ꝓteſtatio ꝑmittẽda eſt ne fiat alicui ꝓiudicium circa ius ſuũ vt hic fecit pa. Jtem ꝓuilegio libertatis nullus renũciare põt in ꝓiudicium pape. Jtem inſtrumẽtum intelligit̃ reprobatũ eo ipſo ꝙ iudicat̃ cõtra ipſum. Jtem ꝓtextu priuilegij de nouo reperti nõ debet ſententia reuocari. Et ſic negligẽtia nocet. ſed ꝑ hoc nõ fit ꝓiudiciũ pape quominus ſi voluerit ius libertatis ſit ſaluũ monaſterio.

Caſus. J. τ. A. ca

**Cum. J. τ. A.** nonici ſancti dyoniſij ꝓ ſe τ quibuſdã alijs canonicis ſuis denunciauerũt dño pape abbatẽ ſuũ ſup dilapidatione. piurio. ſymonia. τ quibuſdã alijs criminibus ſup quibus erat multipliciter infamatus. Uñ papa mandauit quibuſdã iudicibus quatenus ad eccleſiã illã ꝑſonaliter accedant τ tã in capite ꝙ̃ in mẽbris corrigant corrigẽda τ ſtatuãt que ſm deum viderint ſtatuẽda. Judices vero receptis iuramentis abbatis τ canonicoꝝ. abbatẽ ipſum ab adminiſtratiõe ipſius eccleſie ꝑ ſniam remouerũt. dilata correctione membroꝝ quã tunc nõ poterant. a qua ſnia ꝓcurator abbatis appellauit. Unde poſtmodũ in ꝓſentia pape ꝓpoſuit dictam ſniam reprobari debere. Primo q2 iudices lite nõ cõteſtata in negocio ꝓceſſerũt. tum q2 iuramenta cõſpiratoꝝ cõtra ipſum recipiẽtes depoſitionibus teſtiũ corã ptibus nõ publicatis nec oſtenſis eiſdem: ad ſniam ꝓcedere ꝓſumpſerunt. Papa vero his τ alijs intellectis q2 de articulo cõſpirationis ſibi nõ potuit fieri plena fides. mãdat iudicibus ꝙ̃tenus ſi cõſtiterit ꝙ illi cõſpiratores fuerunt quoꝝ iuramenta iudices receperũt. τ ꝙ hoc ipſum abbas ꝓbare voluerit corã eis. τ ꝙ iudices dictã illorum ſolũmodo ſecuti. cum ꝑ alios ea ꝓbata nõ eſſent. ſniam ꝓtulerunt. ꝓceſſum illorum debeant irritare. in ꝓncipali negocio iuxta formã cõprehẽſam i ꝓoribus litteris poſtmodũ ꝓcedentes. Si vero abbas nõ poterit ꝓbare illos cõſpiratores fuiſſe. vel ſi etiam hoc ꝓbauerit. appareat tamẽ ꝙ nihil depoſuerunt ſup his ꝓ quibus fuit abbas amotus. vel etiã ſi aliqua depoſuerũt cõtra abbatem ea tamẽ ꝑ alios fuerãt ſufficienter ꝓbata. ꝓceſſum illorum iudiciũ debeant cõfirmare. q2 ꝙ̃uis aduerſus abbatẽ nõ debuerunt cõſpiratores admitti. iuramentũ tamen ipſoꝝ de veritate dicẽda ſuper ſtatu ipſius eccleſie recipi potuerit. vt ꝑ dicta illoꝝ ſup alijs fides poſſit haberi ꝙ̃ ipſum abbatem nõ tangebant. ꝓcipue cum tunc ꝓbatum nõ eſſet ipſos cõſpiratores fuiſſe. Nota ꝙ aliquis poteſt ꝑ alium denunciare. Jtem cõſpiratores nõ admittuntur ad teſtimoniũ. Jtem exceptio ꝓpoſita ante ſniam a grauamine in cauſa appellationis debet vera eſſe. Jtẽ nõ ſufficit ꝓbare cõſpiratores fuiſſe. niſi ꝓbet̃ ꝙ iudex ſecutus fuerit dicta illoꝝ. Jtẽ cõſpiratores poſſunt admitti ꝯ alios ꝙ̃ ꝯtra illũ ꝯ quẽ cõſpiraſſe dicunt̃.

Caſus. H. de caſtro vartini

**Cum te.** et. B. habuerũt inter ſe verba iniurioſa ita ꝙ. H. dixit ipſi. B. ꝙ equus ſuus nõ erat minoris valoris ꝙ̃ capilli ipſius. B. quare ipſe. B. cõuenit. H. actione iniuriaꝝ. Judices qui de hoc cognoſcebant damnarunt dictũ. H. in. x. ſolidis. Unde ipſe timens ne ꝑ dictam ſniam notaret̃ infamia petijt a domino papa beneficiũ reſtitutionis ad famã. Papa vero cõſiderans ꝙ nulla vel modica facta ſibi fuerit iniuria vult ipſum. H. ꝑ dictam ſniam infamia nõ notari. Nota ꝙ condẽnatus de iniuria notat̃ infamia. niſi iniuria ſit minima vt hic patet.

Caſus. Uacante

**Ad ꝓbandum.** monaſterio berieliẽ. quedam moniales eiuſdẽ monaſterij elegerunt cuſtodẽ ipſius monaſterij. alie vero elegerunt quandã monialem aliã in abbatiſſam ipſius monaſterij. Sup iſtis electionibus cauſa fuit cõmiſſa quibuſdã iudicibus. qui examinatis electoribus ꝑdictis cõfirmauerunt electõnem cuſtodis. Poſt cõfirmatõnem dicebat̃ ꝙ vnus de iudicibus delegatis erat tp̃e late ſnie publice



excõmunicatus. Unde iteꝝ cauſa ſup hoc delata eſt ad dominũ papã. Unde ipſe mãdat quibuſdã iudicibus ꝙ ipſi cognoſcant de electione cuſtodis. vt eam ſicut de iure fuerit faciendũ confirmare vel infirmare ꝓcurent. ita vt ſi ꝓ eo ꝙ vnus ex iudicibus delegatis qui eandẽ ſententiã ꝓtulerunt eſſet tp̃e ſnie publice excõmunicatus. ſicut ꝑ metropolitani lr̃as dicebat̃. aut etiã alia iuſta cauſa cõſtiterit eandẽ ſniam infirmandam. caſſata ipſa ſententia. id eſt caſſa τ irrita nũciata. de eadẽ electione iterato cognoſcant. Nota ꝙ ſentẽtia publice excõmunicati nulla eſt. Jtem lr̃is ordinarij ſtat̃. Jtem vtile viciat̃ ꝑ inutile.

Jtem licet tp̃e late ſententie iudex ſit excõmunicatus. τ ideo ſnia nulla. ea tamen que fecit ante excõmunicatõem valebũt.

Caſus. Re

**Quãuis regulariter.** gulariter tradit̃ ꝙ res inter alios iudicata nõ nocet alijs. fallit tamen in caſibus hic cõtentis ſcilicet ſi aliquis cui ꝑmo cõpetit actio vl' defenſio de re aliqua ſuſtinuit ſequentẽ agere. et ei eſt ꝓiudicium generatũ. Et in alio caſu eſt etiã ei ꝓiudicium generatũ q paſſus eſt eũ experiri a quo cauſam habuit. Uerbi gratia. Epiſcopus bononieñ. cõtulit mihi archidyaconatũ. obiectum fuit mihi ꝙ eram filius ſacerdotis. τ ꝓbatũ fuit in iudicio. querit̃ vtꝝ hec ſententia debeat ꝓiudicare epõ ꝙ amittat poteſtatẽ cõferendi illam dignitatẽ illa vice. quãuis res ſit acta inter alios. Dicit̃ ꝙ ſic. quia imputet ſibi ꝙ dimiſit alium agere. cum ſibi cõpetebat actio τ defenſio illius archidyaconatus. Secundo ponit̃ ꝙ actum fuit ꝯtra epiſcopum qui cõtulerat mihi archidyaconatũ τ ꝓbatum ꝙ erã filius ſacerdotis. querit̃ an illud mihi ꝓiudicet cũ ſit inter alios actum et dicit̃ ꝙ ſic. Exempla iſtoꝝ caſuum τ aliorum pluriũ in quibus fallit regula ꝑdicta notant̃ in gloſa huius capituli. Nota h̃ regulam generalẽ. Res inter alios acta alijs nõ nocet. fallit tamen in caſibus hic cõtentis ſcꝫ cũ aliquis cui cõpetit actio vl' defenſio ſuſtinet ſequentẽ agere. Jteꝫ cum quis paſſus eſt euꝫ experiri a quo cauſam habuit.

Caſus. Ecce

**Duobus iudicibus.** duo ſunt iudices in aliqua cauſa diuerſas ꝓferunt ſnias querit̃ que illaꝝ teneat. Diſtinguitur. Si ſint ordinarij tenet ſnia ꝓ reo τ nõ ꝓ actore. niſi i cauſa fauorabili puta matrimonio libertate. dote ſeu teſtamento. ꝓ ipſo actore ſnia lata fuerit. Si võ ſint delegati vtraꝙ pendet ſnia ex arbitrio delegatis. Si vero ſunt arbitri neutra ſnia valet. Nota ꝙ fauorabiliora ſunt iura ad abſoluendũ ꝙ̃ ad cõdemnandũ. niſi in quattuor caſibus hic cõtentis. ſ. matrimonio. libertate. dote et teſtamento.

## De appellationibus recuſationibus et relationibus.

### Titulus. xxviij.

Caſus. Prior

**Dilecti filii.** et clerici de giſeburna habent ordinatõem ꝙ̃rundã eccleſiaꝝ. Archiepũs eboraceñ. apo. ſe. legatus volẽs eccleſias illas vacãtes ordinare. ꝑor τ canonici ꝑdicti h̃ intelligẽtes appellauerũt ab ipſo ad ſe. ap. Eundẽ ꝑorem poſt appellatõem ſuſpendit et eccleſias illas interdixit. τ canonicos excõmunicatos denunciauit ſi ꝑori obedirẽt et eccleſias nihilominus ordinauit. Propter qd̃ prior τ clerici ꝑdicti dño pape grauiter ſunt ꝯqueſti. Uñ mandat quibuſdã ꝙ̃tenus ſup his veritatẽ inquirant. τ ſi ꝑ legitimos teſtes τ famã loci inuenerint eccleſiaꝝ cõceſſiones taliter factas. in irritũ reuocent eas. niſi prior τ canonici malicioſe diſtulerint eas quantũ ad ipſos ꝑtinet ordinare. Nota ꝙ qcquid fit poſt legitimã appellatõem debet in irritũ reuocari.

Jteꝫ ꝑ negligentiã amittit quis ius ſuũ et illud transfert̃ ad ſupiorẽ. Jtẽ legatus qui nõ eſt de latere dñi pape miſſus nõ poteſt ꝯferre eccleſias vacãtes. quaꝝ ordinatio ꝑtinet ad inferiores ꝑlatos.

Caſus. Abbas ſancti

**Inter cetera** apollinaris appellauit ab archiepõ remeñ. ſup omni cauſa que cõtra ipſum poſſet moueri. querit̃ quid iuris

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

Et rn̄det ꝙ nō valet talis appellatio. Nota general' appellatio nō dꝫ admitti.

Caſus. Abbas ſacti pe

**Ad noſtram.** tri q̄ſiuit a papa an de beret deferre appellationibus monachoꝝ ſuoꝝ a correctione interpoſitis. Rn̄dit papa ꝙ appellatio nō eſt inuenta vt alicui p̄ſtaret patrociniū in ſua negcia exiſtēdi. q̄re mādat eidē quatenus nō obſtāte appellatōe ſubditoꝝ ſuoꝝ corrigat eos ſm regulā ⁊ inſtitutionē ordinis ſui. Nota ꝙ appellatio nō defendit aliquē in delicto. Itē a correctōe nō admittit appellatio.

Caſus. Aliquis appella

**Perſonas.** uit. ⁊ appellationi ſue nimis ꝓlixum terminū ſtatuit. Iudex debet ei aſſignare terminū infra quē ſe. ap. cōuenienter poſſit adire. ⁊ ſi ad terminū illum appellationē ſuā nō fuerit ꝓſecutus. ex tūc cōpellat appellantē ſtare iudicio ſuo ſuper his que in q̄ſtione vertunt. ⁊ ſi cōpetentē terminū ſibi p̄fixit. ⁊ appellationē ad illuꝫ nō fuerit ꝓſecutus ſimili mō cōpellat eundē. Nota ꝙ aliquis pōt ſibi p̄figere terminū ad appellationē ꝓſequendā. ⁊ ſi nimis ꝓlixum p̄fixerit iudex dꝫ terminū cōpetentē p̄figere. Itē ſi appellans nō ꝓſequit appellationē ſuā in termino ſibi p̄fixo ei renūciare intelligit. ⁊ ſic eſt ar. ꝙ tacite renunciat qs appellatōi ſue.

Caſus. Aliqs ap

**Cū ſit romana.** pellauit ante ſniaꝫ vel poſt. querit quantū tp̄s dandū ſit ei ad appellationē ꝓſequendā. Rn̄det papa ꝙ ſi ante ſniam vel poſt fuit appellatū hmōi appellationibus indulget annus. ⁊ ſi iuſta cā interuenerit indulget bienniū. niſi iudex a quo appellat breuius tp̄s duxerit ſtatuendū ſm locoꝝ diſtantiā ⁊ ꝑſonaꝝ ⁊ negocij qualitatē. Et ſi infra illud tp̄s appellatōem nō fuerit ꝓſecut⁹ tenebit ſnia. Si poſt ſententiā diffinitiuā fuit appellatū ⁊ a cā ſua cecidiſſe videt nec amplius ſup eodē negocio audiet appellans. Si vero a grauamine ⁊ ante ingreſſum litis fuerit appellatū. talis audit appellans. q2 canones etiā extra iudiciū paſſim appellare ꝑmittunt. ⁊ tales nō ſolent ꝓprie dici appellatōes ſed ꝓuocatōes ad cauſam. Si vero ante ſniam et poſt lit. ꝯteſt. appellauerit. cōpelli debet illius ſtare iudicio ad quē appellauit alternatiue. ſ. vt appellatōem ꝓſequat. aut iudicio ſuo ſtet. Si vero ille qui appellat fuerit raptor vel aliene rei violētus detentor. tales admittant appellantes niſi fuerit notorius raptor vel fornicator exiſtat. ſicut illequē apl's abſentem ⁊ irrequiſitū excōmunicauit. Nota appellanti dat annus ad ꝓſequendā appellationē ſuā. ⁊ ex iuſta cauſa bienniū. Itē iudex annū illū poteſt abbreuiare. Itē qui nō ꝓſequit appellationē infra debitū tp̄s rata manet ſnia. Itē in notorio crimine nō audit appellās.

Caſus. Aliquis appellauit ſu

**Ad hec.** ꝑ aliqua cauſa. pendēte appellatione cōuenit vel accuſat ſup alio q̄ꝫ ſup eo ſup quo appellauit. querit an teneatur ſtare ſub illo a quo appellauit appellatōne pendēte. Rn̄det papa ꝙ ſi voluerit pōt eū tanq̄ꝫ ſuſpectū recuſare. alioquin ſtare dꝫ iudicio eius. ⁊ p̄cipue ſi iudex ordinarius ſuus exiſtat. No. ꝙ pēdente appellatōe corā ordinario p̄t ipſe ordinarius recuſari ſi ſup alia cā ꝯueniat appellās corā eo.

Caſus. Duo litigabant

**Si duobus.** coram iudice ſuo. puta coram archidyacono. vnus appellauit ad ep̄m alter ad papā. vel corā epiſcopo. vn⁹ appellauit ad papā. alter ad archiepiſcopū Ille qui appellauit ad ep̄m vel qui appellauit ad archiep̄m ad diem appellationis acceſſit ad ipſum ꝓponens ſe ad eius audientiā appellaſſe tacito de appellatione aduerſarij ad ſedē apoſtolicā interpoſitaꝫ. Qui appellauerat ad pa. citat⁹ fuit ab ep̄o vel archiep̄o. Ille cōfidens de appellatione ſua ad pa. interpoſita nec iuit nec miſit aliquē rn̄ſalem. ⁊ q2 nō venit fuit excōmunicatus. Querit an teneat excōicatio. Et rn̄det ꝙ tenet ſnia in eū ꝓ cōtumacia lata niſi iudex ille cognouerit eū ad ſe. apo. appellaſſe. Scd̄o ponit alia q̄ſtio. Aliqs appellauit a ciuili iudice añ iudiciū vl' poſt ad dn̄m pa. Querit an talis appellatio valeat Rn̄det papa ꝙ tenet appellatio i illis qui ſubſunt pape in tp̄ali iuriſdictione. in alijs vero q̄ꝫuis de cōſuetudine alicuius loci teneat. de iuris tn̄ rigore nō tenet. No. primo ꝙ quilibꝫ vocatus ad iudiciū debet ire et allegare priuilegiū ſuum al's tenet ſnia ꝓ contumacia lata in ip̄m. Item de vno foro nō eſt appellandū ad aliud forum niſi cōſuetudo aliud inducat.

Ca. Quidā clerici appel

**Ex ratione.** lauerant a ſnia cōtra eos lata quā ex iuſta cā infra bienniū nō fuerāt ꝓſecuti. petebant a papa ꝙ adhuc admitterent ad ꝓſequēdā appellationē. cum infra bienniū eam nō potuerint ꝓſequi. Mādat papa iudicibus quatinus ſi conſtiterit eos ꝓpter impotentiā ꝓſecutionē appellationis omiſiſſe nō vult papa ꝙ ꝓpter hoc eis debeat preiudiciū generari. Nota ꝙ impotentia excuſat ita ꝙ etiā poſt bienniū admittit quis ad ꝓſequendā appellationē. ⁊ ſic nota ꝙ ſi ꝑ me nō ſtat mihi nō imputat.

Ca. Aliqua cā cōmiſ

**Meminimus.** ſa eſt alicui. iudex citat reum. ille ſtatim mittit nunciū ad papā pro cā illa. Ille venit allegans ꝙ nunciū ſuum ꝓpter cām illam miſit ad papaꝫ. querit an debeat in cā ꝓcedere vel nō. Rn̄det papa ꝙ ꝓpterea nō dimittat quominus ꝓcedat in cā ſm formam iuris. Si vero añ citationem iter arripuit tunc iudex ꝓcedere non debet. Hoc vltimū nō tenet. j. e. vt debitus Nota ꝙ ꝑ citationem ꝑpetuat iuriſdictio. Item facto quis dicit appellare.

Ca. Cauſa ꝯmiſſa eſt ali

**Sup eo q̄d.** cui. reus aliquā exceptōꝫ obijcit in cā illa. ꝓpter quā exceptionē appellat. querit vtrum iudex ea nō obſtante poſſit in principali ꝓcedere. Rn̄det ꝙ ſi cā principalis ſine illa terminari nō poſſit ſupſedere debet iudex in p̄cipali q̄ſtione. In fine ponit alia dubitatio. Ecce lite conteſ. opponit reus ꝙ ꝑ falſi ſuggeſtionē lr̄e ſint impetrate. querit an hec exceptio ſit admittenda. Rn̄det papa ꝙ ꝓpter hoc nō eſt differenda ſnia. Nota ꝙ licet appel. ſit re. in principali. appellat tn̄ ſup incidenti q̄ſtiōe. Item ſi principalis queſtio ſit talis ꝙ non poſſit decidi ſine incidenti. iudex ſupſedebit vtriqꝫ. Item exceptio de falſi ſuggeſtione. poſt lit. conteſ. nō valet.

Caſus. In

**De appellationibus.** qualibet cauſa maiori vel minori pōt quis appellare ſi grauet. Nota ꝙ idem ius ſeruari debet in minori ſicut in maiori. ⁊ eſt ar. ꝙ in modicis dandus eſt libellus.

Ca. Scd̄m canones ⁊ ante

**Super eo.** ſniam ⁊ poſt poteſt appellari. Scd̄m leges non pōt appellari añ ſniam niſi in caſibus. Item vbicunqꝫ appellatō tollit ⁊ recuſatio nō admittit. Item ſi cā cōmittit infra certū tp̄us terminanda. tp̄s illud incipit currere qñ iudices lr̄as recipiunt. Nota ꝙ ſm canones añ ſniam ⁊ poſt licet appellare. ſm leges añ ſniam nō appellat niſi in caſibus. Item ſicut appellatio ex cā concedit ⁊ ex cā inhibet. ſic ⁊ recuſatio. Item tp̄us nō currit niſi ab eo tp̄e q̄ potuit iudex procedere.

Ca. Clerici conquerunt ſe

**Peruenit.** ab aliq̄bus vulneratos vel leſos. cōquerunt clerici de illis malefactoribus ſuis. Ipſi ſtatim ap. ſe. appellant. Dicit pa. ſi eorū exceſſus nō ſit notorius compellendi ſunt vt infra cōueniens tp̄s appellationē interpoſitā ꝓſequant. ſi vero exceſſus illorū notorius fuerit nō obſtāte appellatōe illorū denūciandi ſunt excōicati vſqꝫ ad debitā ſactiſſationē ⁊ cū lr̄is ſui iudicis ap'lico cōſpectui ſe p̄ſītent Nota ꝙ in notorio crimine nō admittit appellatio.

Ca. Dicit in hoc capitu

**Conſuluit.** lo ꝙ ſi manifeſtum eſt aliquem vxorem alterius detinere vel inieciſſe manus violentas in clericū. ſi ſup hoc cōueniat. appellationi ſue nō eſt aliquatenus deferendū. Sed cuꝫ multa dicunt notoria que nō ſunt. cauendū eſt ne q̄d dubium eſt ꝓ notorio habeat. In fine dicit q̄d qui appellant cogendi ſunt vt infra cōueniens tēpus appellationē ſuā ꝓſequant aut pareāt iudicio iudicis a quo appellant. Nota ꝙ in crimine notorio ceſſat omnis appellatio Item appellantes cogendi ſunt appellationem ꝓſequi aut iudicio iudicis parere.

Ca. Aliq opprimunt ab

**Suggeſtū ē.** aduerſarijs ſuis propter

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

qđ appellāt. ⁊ cū ipſi oppreſſi ⁊ grauati iter
arripiunt ad appellationē ꝓſequendā. ad-
uerſarij illi cognoſcētes appellationē inter
poſitā nec vadunt nec mittunt ad p̄ſētiam
pa. ſed cū intelligunt illos lr̄as reportaſſe
appellant ⁊ iter arripiunt ad papam. vt ſic
aduerſarios eludant. Suggeſtum fuit hoc
dn̄o pa. Vn̄ mandat quatinus ſi qs depre
henſus fuerit hoc ex fraude vel malicia fa
cere appellationi ſue nullatenus deferat̃. ⁊
iudex in cā̄ ꝓcedat. qꝛ decre. illa qua iſti ꝓ
facere p̄ſumſit nō ad deprimendā cuiuſcū-
qꝫ iuſticiā facta eſt ſed ad remouendū ini-
quū grauamē. No. ꝙ nemo de dolo ſuo
cōmodū reportare debet. Itē occaſio iu
ris ad iniquū compendiū trahi nō debet.

Ca. Inter archiep̄um
**Ad preſentiā.** eboraceñ. ⁊. R. p̄ſbyte
rū cōtrouerſia fuit exorta occaſione cuiuſ-
dam excōicatiōis in ip̄m p̄ſbiyterū late ab
archiep̄o. Papa cōmiſit cām ipſam ep̄o tu
ſculano et cardinali ſancte ſuſanne. coram
qbus ꝓponebat̃ ex parte archiep̄i ꝙ ipſe
poſt ſniaꝫ in ſe latā diuia officia celebrauit
vn̄ puniri debebat ſm̄ ꝙ iura requirunt. Ex
parte p̄ſbyteri rn̄debat̃ ꝙ excōicatio nō te
nebat. cū eſſet lata poſt appellationē legiti
me interpoſitā. vn̄ ñ debebat puniri. ⁊ oīa
q̄ facta fuerāt cōtra ip̄m debebant reuoca
ri in priſtinū ſtatū. Cardinalis ⁊ ep̄s intel
lecto negocio lꝫ p̄ſbyter nō eēt excōicatus
de iure tn̄ de facto. ⁊ ad cautelā ip̄m feceřt
abſolui. ⁊ iđ mādat pa. archiep̄o q̄tinus p̄-
dictū p̄ſbyterū de cetero nō moleſtet ꝓ eo
ꝙ poſt excōicationē celebrauit diuia. cū ex
cōicatō illa facta fuerit poſt appel. legitimā
ſed oīa reducat ad eū ſtatū in q̊ erāt tp̄e ap
pellatōis emiſſe. Nota ꝙ abſoluit̃ qs ad
cautelā lꝫ nō ſit excōcatus. Itē ſnia excōi
catiōis poſt appellationē legitimā lata nul
la eſt. vnde qui poſtea celebrat non punit̃.
Item q̄ poſt talem appellationē fiunt reuo
canda ſunt in priſtinum ſtatum.

Ca. Aliqs litigabat
**Cū teneamur.** corā ordinario ſuo ar
chiep̄o cātuarieñ. appellauit ad pa. ſup cā̄
illa de qua litigabat. pendēte appellatōe il-
la aliqs turbauit poſſeſſionē ip̄ius appellā
tis. q̄ſiuit archiep̄us vtrū liceat ei reforma
re poſſeſſioneꝫ turbatā eo p̄termiſſo ſup q̊
eſt appellatū. Rn̄dit pa. ſi ad ip̄m q̄rela ex-
inde ꝑuenerit ordine iudiciario id ſibi lice-
bit. nec ꝓpterea intelligit̃ appellatōi renun
ciare. No. ꝙ lꝫ appellans redeat ad iudi
cē ſuū a quo appellauit ꝓ alia cā̄ ꝓ qua nō
appellauit nō intelligit̃ appellatōi ſue renū
ciare cū ſit eius ordinarius in alijs cauſis.

Quod dicit̃ hic nō tenet ⁊
**Conſuluit.** intellige hanc decre. ſm̄ il
us monaſterij.Procurator monaſterij ꝓ-
poſuit ꝙ monaſteriũ ip̃m ab ipſa ſui funda
tiõe liberũ extitit.et exemptũ cum capellis
ſuis.ad hoc ꝓbandũ induxit priuilegia ro-
manorũ pontificũ conſtantini vnum ⁊ alte
rum alexandri.⁊ indulgẽtias clemẽtis ⁊ ce
leſtini quorũ vſum cõtinuũ p teſtes oñdere
nitebať.Ex parte rñdebať aduerſa ꝙ in pri
uilegio cõſtantini q̃ddam ꝓſpiciť cõtineri
p qđ monaſteriũ videť ad iuriſdictionẽ ep̃i
ꝑtinere videlicet ꝙ abbas eiuſdẽ monaſte-
rij primũ locũ poſt vigornieñ.ep̃m ſemp ob
tineat.ſed hoc locũ habere nõ poſſet in ge
nerali cõcilio neqꝫ in ꝓuintiali.⁊ ſic relinq̃ť
ꝙ illud intelligiť in ſynodo ep̃ali quare ad
eius ſynodum venire teneť.In priuilegio
alexandri quiddã aliud cõtineť p qđ dioc̃.
ep̃s in eodẽ monaſterio iuriſdictionẽ ſuaꝫ
videť in aliq̃bus retinere.q2 ibi diciť.Ep̃i
vigornieñ.a fratribus eiuſdẽ monaſterij ali
quid iniuſte nõ exigant.ſed his cõtenti ſint
que fratres eiuſdem monaſterij vigornieñ.
ep̃is preſtare rõnabiliter cõſueuerunt.per
hoc videť ꝙ aliqua de bonis ſuis abbates
ſuis ep̃is exhibere teneнť.Dñs papa his
et alijs intellectis cum a neutra parte ſit ꝓ
bata preſcriptio ſententialiter diffiniuit ꝙ
monaſteriũ eueſhameñ.liberũ eſt in capite
et prorſus ab ep̃ali iuriſdictione exemptuꝫ
tutela ipſius monaſterij archiep̃o cantua-
rieñ.reſeruata.In membris vero que nõ ꝓ
banť exempta dyoc̃.ep̃o ſit ſubiectũ.ꝓpter
qđ abbas ad ſinodũ ep̃i venire teneť.⁊ pri
mum locũ poſt vigornieñ.ep̃m obtinere.⁊
idẽ abbas ꝓ ipſis mẽbris nõ exẽptis teneť
vigornieñ.ep̃o exhibere reuerentiã obſeq̃ũ
et honorẽ.quibus exhibitis vigornieñ.ep̃s
debet manere cõtentus.No.ꝙ iudex dꝫ
rectã ferre ſniam.nulli cõtra iuſticiã parce
re.ius ſuũ vnicuiqꝫ tribuere.Itẽ aliq̃s ꝓ
parte ſubeſt alicui.⁊ ꝓ parte liber eſt.Itẽ
lꝫ monaſteriũ liberũ ſit in capite.membra ꝓ
ptera nõ ſunt exempta niſi expreſſe de mẽ-
bris cõtineať in priuilegio.Itẽ ar.ꝙ ali-
quis põt eſſe vaſallus plurium dñorum.

Caſus.Clerici vel laici im

**Ex parte.** petrant litteras a dño papa
per quas recipit eos cum pſonis et rebus
ſuis ſub ipſius ꝓtectione.queriť.vtrũ per

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

taleꝫ ꝓtectionē exēpti ſint a iuriſdictōe epō rū ſuoꝝ. Rñdet pa. ꝙ ꝑ hmōi lr̃as a ptāte ſuoꝝ epōrum non ſubtrahunt. No. ꝙ ꝑ verbū ꝓtectōis nō daꝫ exemptio. ſecus cū dicit ad iudiciū libertatis ꝑcepte.

Ca. Quidā religioſi lr̃as

**Paſtoralis.** obtinent a ſe. ap. in qbus indulgeꝫ eiſdem vt eccľias ſuas in ꝓprios vſus cōuertere poſſint decedētibus ꝑſoniſ illarū. querit vtrū liceat eis autoritate propria poſſeſſionē illarū eccleſiarū intrare vel ꝑ dioc. epm in illas ſint poti⁹ inducēdi. Ad h̃ rñdet pa. ꝙ ſuo epō incōſulto nō lꝫ eis in poſſeſſionē earū intrare. qꝛ ꝑ hmōi indulgētiam epali iuri nihil intelligiꝫ derogari niſi forte in ipſa indulgentia cōtineaꝫ expreſſe ꝙ epō incōſulto id facere poſſint. Nota hic ar. ꝙ vbi cōcediꝫ maius nō tū id qđ minus eſt. Itē priuilegiū vel indulgentia intelligiꝫ eē cōceſſa ſine alterius iniuria. Itē vbi duo ſunt impedimēta nō ſufficit alterū tolli niſi ⁊ vtrunqꝫ remoueaꝫ. Itē priuilegia cum ſint odioſa nō debent extendi niſi quatinus in eis contineꝫ.

Ca. Aliqñ contingebat ꝙ ciuitas

**Petiſtis.** uitas tripolitana ꝓpter hoſpitalarios vel tēplarios generali ſupponebaꝫ interdicto. iſti in quoꝝ fauore poſituꝫ fuerat interdictū nō ſeruabant illud. queſiuit epō tripolitanus vtrū ipſe cuꝫ capitulo ſuo illud debeant obſeruare. Rñdit pa. ꝙ exceſſus illoꝝ illis nō prebet licentiā delinquendi. ſed ſi p̄dicti fines priuilegioꝝ ſuorū nō ſeruauerint violando interdictuꝫ qđ ꝓ eis fuerat ꝓmulgatū. epō ⁊ capitulū predicti in penā p̄ſumptionis illoꝝ q̄diu ipſi nō ſeruauerint interdictū de licētia dñi pape celebrēt ne videaꝫ de alioꝝ fletu ridere. No. ꝙ nō debꝫ quis illud facere a quo impetrauit alios ꝓhiberi nec debet alij legeꝫ imponere quā ipſe negligit obſeruare. Itē eo iure quo qs contra aliū vtitur ip̄e debꝫ vti eodem. Item nullus debet excedere fines priuilegij ſui. Item nullus debꝫ de alterius fletu ridere.

Caſus

**Quoniā per confeſſionē.** Epiſcopus nephesinus petebat ius epale in eccleſia beati blaſij de flaiano ꝑtinente ad quoddam monaſteriū in dyoc. dicti epi conſtitutum. ex parte aduerſa allegabaꝫ quoddam capitulū quod cōtineꝫ in priuilegio monaſterio cōceſſo. videlicet vt nullus epō eccl̃ias vtroqꝫ iure illi ſubiectas interdicto ſupponere. vel monachū ſeu clericū eiuſdē monaſterij ſynodare vel excōicare p̄ſumat. Sꝫ ꝓcurator monaſterij fuit confeſſus in iure ꝙ epūs nephesinus ius epale ꝑcipit in eccleſia predicta. dubitabaꝫ vtrum capitulūꝫ predicti priuilegij obſtaret quominus epō ius epale poſſit exercere in dictam eccleſiā vel capellanū ipſius. Reſpondit pa. cum ꝑ confeſſionem ꝓcuratoris monaſterij conſtet ꝙ epō ꝑcipit ius epale in eccleſia p̄dicta idem epūs nō obſtante capitulo iſtius priuilegij poteſt dictam eccleſiā interdicere ⁊ excōicare monachum ſeu clericum monaſterij ad regimen ipſius eccleſie deputatum. cum de iure illa fuerint facienda. quia illud capitulum intelligiꝫ de monachis vel clericis in ipſo monaſterio permanentibus vel deſtinatis ad eccleſias vtroqꝫ iure ſibi ſubiectas. Nota ꝙ confeſſio ꝓcuratoris in iure facta dño preiudicat. Item priuilegium nō tuetur aliquē in delicto. Item eccleſia tunc ſubiecta eſt abbati vtroqꝫ iure qñ epūs nullum ius epale exercet in illa. Item licet ꝑſona ſit exempta tū rōne rei quā poſſidet nō exempte eſt ſubiecta.

Ca. Archiepūs lundeñ.

**Quia circa.** ꝯceſſit mōachis oim ſctōrū priuilegiū ſuꝑ decimis epalibus retinēdis ſic forte dicēdo. remittimus mōaſterio oim ſanctoꝝ decimas poſſeſſionū ipſius mōaſterij ꝑtinētes ad archiepatum. Archiepō lundeñ. ſucceſſor cōcedētis priuilegiū queſiuit vtrū monachi p̄dicti priuilegiū illud extendere valeant ad poſſeſſiones acqſitas tp̄e priuilegij ⁊ poſtmodū acquirēdas. Reſpondet papa ꝙ ſi remiſſio decimarum illarū facta fuit ſm canones. predeceſſor illius indefinite remittēdo decimas epales monaſterio cum nihil exceperit ⁊ potuerit excepiſſe intellexiſſe videtur non ſolum de decimis poſſeſſionum illius tp̄is. ſed etiaꝫ futuri. quia in beneficijs pleniſſima debet



interpretatio adhiberi. ⁊ vna ⁊ eadē res nō debet diuerſo iure cenſeri. No. ꝙ cōceſſio ſimpliciter ⁊ indefinite facta reſpicit etiam tp̄a futura ⁊ generaliter intelligiꝫ. Et ſic eſt hic ar. ꝙ indefinita eqpollet vniuerſali. Itē qui nihil excepit ⁊ potuit totum ius ſuū intelligiꝫ alienaſſe Itē in bñficijs pleniſſima debet fieri interpretatio. Iteꝫ vna res nō debet diuerſo iure cenſeri. Itē ar. ꝙ priuilegiū extendiꝫ ad futurū.

Ca. Conciliū generale renouat

**Antiqua.** uat priuilegia quatuor patriarchaliū ſediū ſtatuendo vt poſt romanam ec. q̄ inter alias obtinet principatū conſtantinopolitana primū locum obtineat alexandrina ſecūdū. antiochena tertiū. hieroſolomitana quartū. ſeruata cuilibꝫ ꝓpria dignitate ita ꝙ poſtq̄ꝫ p̄lati illarū a romano pontifice palliū acceperit. p̄ſtito ſibi fidelitatis et obedientie iuramento. ⁊ ipſi poſtmoduꝫ palliū ſuis ſuffraganeis largiaꝫ. recipiētes ꝓ ſe obedientiā canonicā ⁊ ꝓ romana ecc. ſponſionē obedientie ab eiſdē. Secđo dicit ꝙ ante ſe faciant crucē vbiqꝫ deferri niſi in vrbe romana. ⁊ vbicunqꝫ ſummus pōtifex pñs fuerit aut etiaꝫ legatus vtens inſignijs apľice dignitatis. Vltimo dicit ꝙ in omnibus ꝓuintijs eoꝝ iuriſdictōi ſubiectis ad eos cum neceſſe fuerit appelleꝫ. ſaluis appellationibus ad ſe. ap. interpoſitis quibus eſt ab omnibus deferendū. No. ꝙ dñs pa. eſt iudex ordinarius ſinguloꝝ. Itē pallium eſt ſignū plenitudinis ptātis paſtoralis officij. Itē ſuffraganei teneꝫ p̄ſtare iuramentū obedientie ⁊ reuerentie patriarche. Itē minor iudex nō pōt exercere iuriſdictionē ſuā p̄ñte maiori. Item ad patriarchā p̄t appellare omiſſis medijs et hoc intellige de his qui ſunt eius iuriſdictioni ſubiecti. Itē omiſſis omnibus medijs poteſt appellari ad papam.

Ca. Romana eccľia

**Ut priuilegia.** quibuſdā regularibꝫ cōceſſit quedā priuilegia. Sed qꝛ ipſi fineſ priuilegioꝝ ſuoꝝ excedebāt ea minus bñ intelligentes. pa. ea in concilio generali declarat qualiter ſint intelligenda ne illa ꝑtrabant ad abuſum. qꝛ priuilegiū mereꝫ amittere qui ꝑmiſſa ſibi abutiꝫ ptāte. Secđo ponit verba priuilegioꝝ. Conceſſuꝫ eſt ab eccleſia romana quibuſdā regularibus. ſ. templarijs ⁊ hoſpitalarijs vt his qui fraternitatem eoꝝ aſſumpſerint nō negeꝫ eccleſiaſtica ſepultura niſi ſint excōicati vel noīatim interdicti. ſi forte eccleſie quas ꝑtinent fuerint interdicte. ipſos quoqꝫ mori cōtigerit. ſuos quoqꝫ cōfratres quos eccleſiarū p̄lati apud eccleſias ſuas nō ꝑmiſerint ſepeliri ipſi ad eccleſias ſuas deferant tumulādos niſi excōicati vel noīatim fuerint interdicti declarat hic papa de qbus fratribus ſit intelligendū. ſ. de illis qui adhuc moraꝫ in ſeculo ⁊ eoꝝ ord. ni ſunt oblati mutato habitu ſeculari vel de his qui ſua bona eis dederant inter viuos retento ſibi q̄diu vixerint vſufructu iſti quidē ſepeliaꝫ apud eccleſias ipſoꝝ regularū. vel apud eccleſias alioꝝ nō interdictas ſi ibi elegerint ſepeliri. Si eñ de quibuſlibet cōfratribus ipſoꝝ fraternitatē aſſumētibus intelligereꝫ ꝓ duobus aut tribus denarijs annuatiꝫ ſibi collatis nimiū vileſceret eccleſiaſtica diſciplina. tñ ⁊ ip̄i certā obtinēt remiſſionē ab apľica ſede conceſſam. Vltimo ponit aliū articulum in quo excedebāt fines priuilegioꝝ ſuoꝝ. Contineꝫ eñ in priuilegijs ip̄oꝝ vt ſi q fratrū ipſoꝝ ꝓ colligendis elemoſynis ad aliquā ciuitatē caſtellū vel vicū aduenerint ſi forte locus ille a diuinis fuerit interdictus in eoꝝ aduentu ſemel in anno aperiaꝫ eccľie vt excluſis excōicatis ⁊ interdictis diuina officia celebreꝫ. verba illa aperiaꝫ eccľe ſemel in anno ſic debēt intelligi vt vna tñ eccľia eiuſdē loci ſemel tñ in anno aperiaꝫ. qꝛ licet dictū ſit pluraliter aperiaꝫ eccľie nō tñ de qualibet eccľia eiuſdē loci intelligendū eſt. ne ſi hoc mō intelligereꝫ nimiū vilipēdi contingeret ſnīam interdicti. q vero cōtra iſtas declaratōes quicq̄ꝫ ſibi vſurpare p̄ſumpſerint graui ſubiaceant vltioni. Nota ꝙ priuilegiū mereꝫ amittere q ꝑmiſſa ſibi abutiꝫ ptāte. Itē aliqs habet habitū monachalē nō tñ eſt monachus Itē vileſcere nō debet eccleſiaſtica diſciplina. Item pluralis locutio exponitur de vno.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ca. Quibuſdã re
**Quod nõnullis.** gularibus cõceſſuz eſt vt cũ3 cõe terre fuerit interdictũ diuina poſſint officia celebrare ianuis clauſis τ voce ſuppreſſa τ nõ pulſatis cãpanis excluſis excõicatis τ interdictis in fauorẽ põtificalis officij cõciliũ extẽdit h̃ ad epõs niſi hoc eis expſſe fuerit inhibitũ. veruntñ h̃ illis cõcedit q cãm aliquã nõ preſtiterint interdicto. nec aliquã fraudẽ ingeſſerint cum tale compendiũ ad iniquũ diſpendiũ trahi non debeat. Nota ꝙ occaſio iuris ad iniquũ diſpendium trahi nõ debet.

Ca. Abbas τ conuentus or
**Quanto.** dinis cluniaceñ. ſunt exẽpti. vñ cũ epĩ τ archiepĩ in quorũ dyoc. cõmorant eos excõicare vł interdicere ñ poſſint in eos q molunt in molendinis eorũ vel coquũt panẽ in furnis ipſorũ τ q vendẽdo vł emẽdo aut alias eis cõicant excõicationis et interdicti ſniãs pferunt. et ſic nõ vim et ptãtem priuilegiorũ aplice ſe. ſed ſola verba ſuantes mõachos dicti ordinis qꝛãmõ excõicant vñ eis alios cõicare nõ ſinunt. τ ſic q̃ntũ ad h̃ iudeorũ iudicio iudicent. τ q cõicant illis maiorẽ excõicationez incurrũt q̃ q excõicatis pticipant pter qð mõachi cluniaceñ. de pdictis platis grauiter dño pa. ſunt conqſti. Vñ mãdat vniuerſis τ ſingulis pdictoꝝ q̃tinus ſniãs in fraudẽ priuilegiorũ ap. ſe. decetero nõ ferãt. qꝛ ſi ſup h̃ ad ipm q̃rela puenerit pmulgatores taliũ ſniarũ ſeueritate debita caſtigabit. No. ꝙ nõ tm̃ verba ſed vim τ ptãtem priuilegiorum legis et canonis ſeruare debemus. Item fraus legi vel canoni fieri nõ debet quia nihilominus incidit in legem.

Ca. In diſtrictu regine an
**Ex parte.** glorũ erãt qdã3 lrati q̃s nec habitus nec tõſura clericos oñdit. Sed cũ ipſi dephẽdunt in aliqbus maleficijs vt iuriſdictõ3 regine deludãt τ penã debitã3 p delictis euadãt reſumũt tonſurã abiectã τ habitũ clericalẽ q antea p laicis ab oĩbus habebant. Regina ſignificauit h̃ dño pape Rñdit ei pa. ꝙ ſi ſuã iuriſdictionẽ in hmõi delinq̃ntes exercuerit q ſine tõſura τ habitu in delictis fuerint dephẽſi eq̃nimiter ſuſtinebit. cũ malicijs hoim nõ ſit indulgẽdũ nec tonſura vel habitu ſic reſumpto ipſorũ malicia foueri nõ dʒ. No. ꝙ q tonſura τ habitu dimiſſis in delictis dephendunt amittũt priuilegiũ clericale τ pñt puniri ſine pena excõicatiõis. Itẽ malicijs hoim nõ eſt indulgendũ ſed potius obuiandum.

Ca. Quãuis eccl̃ia ſe
**Sup ſpecula.** cularium legũ nõ reſpuat famulatũ q̃ imitant veſtigia eqtatis. tñ qꝛ in frãcia τ in multis alijs puintijs laici nõ vtunt legibus romanorũ impatorũ τ raro eccliaſtice occurrũt cauſe q̃ nõ pñt p canones expediri vt plenius ſacre pagine inſiſtat. firmiter phibet dñs pa. ne pariſius vel in ciuitatibus ſeu alijs locis vicinis aliqs docere vel audire ius ciuile pſumat. τ q cõtra fecerit a cauſarũ pꝛocinijs interim excludat τ p epm loci excõicet. Nota ꝙ eccleſia approbat leges τ eis vtit. Itẽ magis eſt inſiſtendũ ſacre pagine q̃ alijs ſciẽtijs. Itẽ ar. ꝙ rõne vicinitatis ſentit qs cõmodum vel incommodum.

Ca. Dñs pa. inno
**Quia intentõis.** uauerat priuilegiũ cuiuſdã monaſterij cõſtituti in dyoc. baioceñ. epõs baioceñ. dubitauit vtrũ p talem innouatõ3 iuri epali ſit derogatũ q̃ſiuit a dño pa. an ei piudicarʒ. Rñdit ei pa. ꝙ innouatio ius nouũ nõ cõfert nec tollit vetus. Vñ vult eũ eſſe in eo ſtatu in q̃ erat tpe innouationis impetrate. ſed p h̃ nõ intendit pa. iuri alias cõpetentiei dẽ monaſterio piudiciũ generare. No. ꝙ innouatio priuilegij nihil noui iuris tribuit. nec ius vetus tollit. Itẽ pa. nõ intendit p lr̃as ſuas alicui piudicium generare.

Ca. Frẽs pdicatores τ mio
**In his q.** res impetrauerũt indulgẽtiã a dño pa. vt vbicũq3 fuerit cũ altari viatico valeãt celebrare ſine piudicio iuris pꝛochialis. qdã plati nimis ſtricte illã indulgẽtia3 interptãtes. dicebãt ꝙ p illã indulgẽtiã pdicti frẽs pter aſſenſuʒ platorũ h̃ facere nõ pñt. vñ nõ pmittũt eos celebrare ſm illã indulgẽtiã. Cũ ãt ſine illa indulgẽtia frẽs pdicti poſſint de platoꝝ lnia celebrare nihil eis cõferret. mandat dñs pa. cuidã epõ qtinus interptatõe hmõi reprobata omnimõ abſtineãt ab iniurijs alioꝝ datã licẽtiã pdictis fratrib' debeat publicare. ita ꝙ dicti frẽs ex indulgẽtia ipſa aliquã videant gratiã pſecuti. Nota ꝙ ea q̃ cultũ diuinũ reſpiciũt benigne ſunt interptãda. Itẽ bñficiũ pncipis late eſt interptandũ. Itẽ indulgẽtia ſiue puilegiũ ſine alteri' iniuria cõcedi dʒ. Itẽ idulgẽtia ſiue puilegiũ ſic dʒ itelligi vt aliqd pferat. alias deluſoriũ eſſet

Caſus. Inter porẽ τ puentũ de
**Dudũ.** butele ex pte vna τ porifſam et moniales de cãpeſſe ex pte alia corã iudicibus q̃ſtio ſup decimis noualiũ vtebat. lite pendẽte corã iudicib' moniales ipetrauerũt indulgẽtiã ſup decimis noualiũ nõ ſoluẽdis. nullã d̃ lite mota i indulgẽtia mẽtionẽ facientes. p quã indulgentiã volebãt repellere porẽ τ puentũ pdictos a lite dubitabãt iudices qd iuris eſſet. Pa. de pſilio fratꝝ ſuoꝝ decreuit iuri pdictoꝝ fratꝝ p idulgentiã illã nõ facientẽ mentõem de lite mota nullũ piudiciũ generari ſup decimis noualiũ nõ ſoluendis q̃s poſſidebãt tpe indulgẽtie a pte altera ipetrate. No. ꝙ lr̃e ſiue indulgẽtia ſup re litigioſa ipetrate de lite mota nõ faciẽtes mentõe3 nõ valẽt nec ipediunt pceſſum iudicis qꝛ tacita veritate ſunt obtente. Et ſic nota ꝙ papa pcedẽdo alicui indulgentiã ſeu puilegiũ nõ intendit aliũ ledere.

Caſus.
**Quidam ſicut aſſeris.** Quidam puilegiati vt tẽplarij τ hoſpitalarij q̃ſdã receperãt in fraternitatẽ ipſoꝝ pter qð nolũt dyoc. epõ de iurib' epalib' rñdere. Dicit pa. ꝙ q̃diu frẽs iſti morã faciũt i domibus ſuis dyoc. eos cõpellat ad iura ſibi integraliter pſoluẽda. Itẽ nota ꝙ nõ ſufficit receptio puilegiatoꝝ ad euitanda iura epalia niſi recepti ad puilegiatos trãſeant.

Caſus. Aliq̃ terra d̃ no
**Cõſultatiõi.** uo redacta eſt ad culturã p aliqs religioſos de noualib' decimas nõ ſoluẽtes de q̃ nõ extat memoria ꝙ culta fuiſſet. dubitabat an ppetuo illa dici debeat noualis q̃ ad decimas nõ ſoluẽdas. Rñdit pa. ꝙ ppetuo terra illa debeat cẽſeri noual' q̃ ad imunitatẽ de decimis nõ ſoluẽdis. alias ptingere poſſ3 aliqñ idulgẽtiã de noualib' pl' eis diſpẽdij q̃ vtilitatis afferre. No. ꝙ ſcł' eſt nouale ſp erit nouale q̃ ad imunitatẽ d̃ decimis nõ ſoluẽdis. Et ſic no. h̃ ar. ꝙ pncipiũ pſiderãdũ eſt. Itẽ ar. ꝙ exq̃ res ſcł' eſt puilegiata ſemp erit puilegiata. qꝛ puilegia ppetua ſunt.

## De purgatõe canonica. Titul'. xxxiiij.

Caſus. Statu
**Nobilis hõ.** i. pcil. triburie. ꝙ ſi nobilis hõ vł' etiã igenuus accuſatus fuerit in ſynodo τ crimẽ negauerit deficiẽte accuſatore cũ. xij. hoibus igenuis ſe expurget ſi de h̃ fuerit ifamat'. Scđo dic ꝙ ſi añ fuerit dephẽſus aut i furto aut i piurio aut falſo teſtimonio vlteri' ad iuſiurãdũ nõ admittat. ʒ ei ſic q igenuus nõ ẽ purgatio idicat. No. ꝙ dephẽſus i furto. piurio aut falſo teſtimonio ad iurãdũ vlteri' nõ admittit. Et ſic ẽ ar. ꝙ pſumit ʒ aliquẽ ex añcedẽti vita. Itẽ ar. ꝙ pter crimẽ pdit nomẽ dignitatis.

Caſuſ. Statuit cõ
**Si qs preſbiter.** cil' agatheñ. vt ſi pſbiter fuerit iſamatus negligẽs famã ſuam epõs pplm iuramẽto ſeu bãno chriſtianitatis aſtringat vt ei' ifamiã patefaciat. q̃ patefacta ſi accuſator defuerit epõs illũ ſeorſum admoneat τ ſi ſe nõ correxerit adhibeat duos vł' tres. τ ſi ſe nõ emẽdauerit. epõs eũ publice admoneat. τ ſi ſic nõ curauerit ſe corrigere ab officio ſuſpẽdat vſq; ad debitã ſatiſfactõẽ3. ne ppl's in eo ſcandalũ patiat. Nota ordinẽ p iſtã decre. q̃liter platus pcedere debeat ʒ ſubditũ ifamatũ añ q̃ eũ ab officio ſuſpendat.

Caſus. Si moniales accu
**Moniales.** ſent libidinibus inſeruire vel etiã denũcient ceſſante accuſatore ſm regulã ſuã ſe expurgẽt. Nota ꝙ monial' ſuſpecta de inceſtu tenet ſe purgare.

Caſus. Si ali
**Si quis de gradu.** qs clericus cõuictuſ fuerit i iudicio vł' pfeſſus ſe pſenſiſſe raptoribus alienaꝝ ſponſaꝝ vel mediatorem eſſe a propzio gradu repellat. τ ſi de h̃

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

verıſimiliter infamatus fuerit ſe expurget.
Nota ꝙ ꝯfeſſus in iure ꝓ ꝯuicto habet
Itē ꝯſentiēs ⁊ agēs pari pena puniunt
qꝺ veꝝ eſt de ꝯſenſu cooꝑatōis. Itē pe
na raptoꝛis aliene ſpōſe ē depoſitio. Itē
veriſilis ſuſpitio inducit purgatōem.

Caſus. Epūs tridētinus
**Quotiens** accuſatus fuit ꝙ ꝑ ſimo
niā eccliam beati petri dederat petro pſbi
tero. ſꝫ accuſatoꝛes h̄ ſm̄ foꝛmā canonicaꝫ
ꝓbare nō potuerūt. q̄ſiuit patriarcha agle
geñ. qd eſſet agendū. Rn̄dit pa. vt i tercia
manu ſui oꝛdinis ⁊ q̄rta abbatū ⁊ ſacerdo
tū de illa ſimonia ſe expurget. ſi de h̄ eſt in
famatꝰ ⁊ tenoꝛ purgatōis talis dꝫ eſſe. Iu
rabit eps̄ ſuꝑ ſancta dei euāgelia ꝙ ꝓ ec
cleſia ſancti petri dāda pſbitero. p. nec ꝑ ſe
nec ꝑ aliā ſubmiſſam pſonā. nec aliqs ꝓ eo
ſe ſciēte p̄ciū recepit. Cōpurgatoꝛes iura
bunt ꝙ credūt eū veꝝ iuraſſe. Nota ꝙ
ceſſante accuſatoꝛe. ſi accuſatꝰ remanet in
famatus. dꝫ ſe purgare. Itē ꝑ hoīes ſui
oꝛdinis debet qs ſe purgare. Itē arbi
trarius eſt numerꝰ cōpurgatoꝝ. Itē cō
purgatoꝛes illius opinionis eſſe debēt. ꝙ
nō ſit veriſimile eos velle deierare. Iteꝫ
nota hic foꝛmā purgatōis faciēde. purgā
dus iurabit ſe nō feciſſe qꝺ obijcit ei. nec
ꝑ ſe nec ꝑ aliū. cōpurgatoꝛes vō iurabūt ſe
credere illū dicere veꝝ. Itē nota ꝙ non
licet m ibi ꝑ aliū qꝺ ꝑ me nō licet.

Caſus Aliqs pro
**Nos inter alios** chianus epi iſama
tus eſt de aliq̄ crimine eccleſiaſtico. q̄ritur
vtꝝ eps̄ deficiētibus accuſatoꝛibus ⁊ teſti
bus poſſit illū cōpellere ad purgatōeꝫ p̄ſtā
dū. Rn̄det pa. ꝙ ſi de aliq̄ crimine publi
ca laboꝛat infamia deficiētibus p̄dictis ꝑ
ſonis. epūs pōt ipſum cōpellere ad purga
tōem. niſi ad ſuꝑioꝛem duxerit appellandū
⁊ ſi appellauerit. eius ꝑebit iudicio ad quē
appellauit. Nota ꝙ epūs prochianum
ſuū infamatū poteſt cōpellere ad purgati
onem. Item a tali cōpulſione appellat
iuſta de cauſa.

Caſꝰ. Pre
**Cū P. manconella.** ſbiter petrꝰ
manconella infamatus erat de ſimonia. ꝓ
qua fuit ſibi indicta purgatio. querebat q̄
les teſtes debeat habere ad ipſum cōpur
gandū. Rn̄dit pa. ꝙ cōpurgatoꝛes illi de
bēt eſſe talis honeſtatis ⁊ opinionis ꝙ nō
ſit veriſimile eos odio vel amoꝛe. aut obtē
tu pecunie velle deierare. ⁊ neceſſe eſt vt
vitā ⁊ cōuerſatōem eius agnoſcant. quem
purgare debēt. In fine dicit ꝙ qui deficit
in purgatōe. ab officio ⁊ beneficio eſt p̄uā
dus. Dicit etiā ꝙ ille qui recipit purgati
onē nullā maliuolentiā vel indignatōnem
cōpurgatoꝛibus oſtendere debet. nec ipe
diat eos. nec ab alijs impediri ꝑmittat.
Nota ꝙ cōpurgatoꝛes debent eſſe bone
fame ⁊ opinionis ⁊ vitā ⁊ cōuerſatōem cō
purgandi agnoſcere debent. Itē qui de
ficit in purgatōne. punit tanq̄ p̄ſumptiue
cōuictus. Itē pena deficientis in pur
gatione. eſt depoſitio ab officio ⁊ benefi
cio. Itē iudex nullam maliuolentiā vel
indignatōem oſtendere debet. Itē cō
purgatoꝛes nō ſunt ipediendi.

Caſus. Quidā p̄ſbiter. h.
**Extuarū** . noīe infamabat de homici
dio. ꝓpter qꝺ eps̄ ſuus ab officio ſacerdo
tali ſuſpendit eundē. ipſe quaſdā lr̄as exhi
buit anteceſſoꝛis ipſius epi. in quibus cō
tinebat ꝙ iudicio aque frigide ſuā innocē
tiam purgauiſſet. ⁊ eps̄ ipſum abſoluiſſet.
queſitū fuit a papa vtꝝ talis purgatio ſuffi
ciat. Quia vero peregrina iudicia ſunt in
hibita. dicit papa ꝙ p̄dicta purgatio inſuf
ficiens fuit. Vn̄ mandat papa epō q̄tenus
ſi accuſatoꝛes idonei nō apparuerint cū ſe
ptima manu aut qnta ſui oꝛdinis. debeat
ſe purgare. qua p̄ſtita ſuſpēſionē ſine diffi
cultate relaxet. ⁊ eum boni teſtimonij an
nuncians. ab infamia homicidij abſoluat.
Nota ꝙ ſententia que nulla eſt nō abſol
uit aliquē nec cōdemnat. ⁊ iteꝝ ſententiā
dū eſt. Itē hmōi purgatio. ſ. aque frigi
de vel feruētis inhibita eſt. ⁊ ideo ꝓ nō p̄
ſtita debet haberi.

Caſus. Quidam dya
**Cōſtitutus**. conus. p. nomine infama
tus erat de aliquo crimine. epiſcopus in
dixit ei purgationem. obtulit compurga
toꝛes epiſcopo. ipſe cepit eos ita dili
genter examiare. acſi eſſet oꝛdinationē fa
cturus nolēs eos recipe. vn̄ p̄dictꝰ dyaco
nus acceſſit ad dn̄m pa. ſibi exponēs p̄di
cta. Scribit pa. epō dicens ꝙ multū mirat
ꝙ purgatiōeꝫ oblatā recipe noluit niſi p̄us
ꝯmēdaſſet. i. ꝓbaſſet noīa ſinguloꝝ. vtinaꝫ
ſic diſcuteret oꝛdinādos. Satis eni ſufficit
i hmōi purgatōibus ſi ꝯpurgatoꝛes ſint bo
ne fame in ſuis oꝛdinibus miſtrantes ⁊ ab
eccl'ia tollerati. nec ſint in iudicio de crimi
ne ꝯdēnati vn̄ ſūt admittēdi. No. ꝙ ſuffi
cit ſi cōpurgatoꝛes ſint hōe fame et nō ꝯdē
nati de crimine. nec ſūt examinādi ita diſtri
cte ſicut alij teſtes.

Caſuſ. Decanꝰ
**Inter ſollicitudies** ſenoñ. erat gra
uiter infamatꝰ de hereſi. ex eo ꝙ cū hereticiſ
nimiā familiaritatē habebat in q̄dā villa ꝓ
pter qꝺ archieps̄ ſenoneñ. ſuſpendit ip̄ꝫ ab
officio et beneficio. et q̄uis ꝯ ip̄m nullꝰ ap
paruerit accuſatoꝛ tamen ex officio ſuo fa
ma publica deferēte voluit de hoc inquire
re v̄itatē. teſteſ ſuꝑ h̄ ꝯ ip̄m decanū recepit
poſtmodū decanū ip̄m cuꝫ atteſtatiōibꝰ mi
ſit ad dn̄m pa. Ip̄e v̄o intellecto negocio
et viſis atteſtationibus ſcribit archiepō di
cens. Quāuis ꝯſtitutio eccl'iaſtica doceat
tales ab officio tantū vſqꝫ ad purgationeꝫ
canonicā ſuſpēdendos. qꝛ tū ip̄m a benefi
cio ꝓpter enoꝛmitatē criminis ſuſpēdit nō
vult iꝓbare. nec etiā illꝺ iꝓbat ꝙ teſtes
ex officio ſuo ꝯ ip̄m decanū recepit licꝫ nul
lus apparuerit accuſatoꝛ. papa v̄o conſide
rans vulgatā infamiā et graue ſcādalum ⁊
vehementē ſuſpitionē ex dictis teſtiū ꝯ ip̄ꝫ
aboꝛtā cū ꝓpter coꝝ q̄libet ei eſſet purga
tio indicēda. purgationē. xiiij. manus ſui oꝛ
dinis idixit eidē remittēdo ip̄ꝫ ad archieps̄ꝫ
vt ibi purgetur vbi noſcit infamatus. man
dans archiepō q̄tinus adiunctis ſibi duo
bus epīs purgationē ei indictam recipiat.
et q ad ip̄m purgandum acceſſerint ſint ca
tholici et vita ꝓbati q cōuerſationē eius et
vitā agnouerint p̄teritā ⁊ p̄ntem q̄ recepta
beneficiū ſibi reſtituat. ab officio tū maneat
ſuſpēſus ꝓpter familiaritatē quā habuit cū
hereticis donec ſcādalum ſopiat heretico
rum familiaritate publice abiurata. et iniū
gat eidē vt in p̄dicta villa et alijs circūpoſi
tis ꝓfiteat ⁊ p̄dicet fidē catholicā ⁊ deteſte
tur hereticā p̄uitatē. talit deinceps vitā
ſuā bonis infoꝛmet opibus vt infamia con
uertat in famā. et oē ſcandalum tollat. ꝙ ſi
foꝛte in purgatione defecerit et ab officio
et bn̄ficio depoſitꝰ ad agendā p̄niam i artū
monaſteriū detrudatur. Nota ꝙ cum ali
quis eſt infamatꝰ nō dꝫ ſtatim ſuſpendi ab
officio ⁊ beneficio. ſꝫ ab officio tantum niſi
multum ſit infamatus. Itē ex officio ſuo
iudex ꝓcedere p̄t ꝯ infamatū ad inquiren
dū ſuꝑ q̄ eſt infamatꝰ. Itē numerꝰ ꝯpur
gatoꝝ eſt arbitrarius. Itē vbi qs eſt infa
matus ibi dꝫ ſe purgare. Itē q aliū cōpur
gat dꝫ eē bone fame ⁊ agnoſcere dꝫ vitaꝫ ⁊
ꝯuerſationē cōpurgādi p̄teritam ⁊ p̄ntem.
Itē q deficit in purgatiōe hereſis depoſi
tus ab officio ⁊ beneficio detrudi debet in
monaſteriū ad p̄niam ꝑagendam.

Caſus patet. Nota
**Cum dilectus** ꝙ pſone compurgato
rum debent eſſe vicine et honeſte.

Caſus. Epiſco
**Cum in iuuētute.** pus quinqꝫec
cleſieñ. eccleſie dicebatur habere immode
ratam familiaritatē cū quadam nepte ſua ꝓ
pter qꝺ rex vngarie ſepe ſcripſerat dn̄o pa.
vt illum de vngarica eccl'ia remoueret. Vn
de pa. ſcripſit cuidā epō vt ſuper hoc caute
inq̄reret a coepīs vngarie. et ip̄i poſtmodū
reſcripſerāt dn̄o pa. ꝙ bonū virum ⁊ hone
ſte cōuerſatiōis eū eſſe credebāt pſonam ip
ſius multipliciter cōmendātes. ſꝫ qꝛ pater fi
lium quem diligit coꝛripit ad maioꝛem cau
telam dn̄s pa. mandauit eidem epō vt ab il
lius familiaritate taliter ceſſaret ꝙ ſiniſtra
ſuſpitio de ipſo haberi non poſſet. Sed qui
dam malus homo reſcriptū illarū litterarū
ſubꝛipuit. ⁊ apud regem ⁊ alios magnates
ipſiuꝫ nequiter publicauit vt magis infama
retur. Sed pa. licet pulſatus fuerit multoci
ens contra ipſum: tamen aduerſus eum no
luit cōmoueri. ſciens ꝙ facile dictum ſequi
tur multitudo. poſtea v̄o cū dictꝰ epūs ad
ſtrigonieñ. metropoliꝫ extitit poſtulatꝰ qdaꝫ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

qui aduerſabanť eidē vt ꝓmotiões impedi-
rēt ipius ceperūt ipm iteꝝ infamare. Vnð
ipſe de q̄rūdā amicoꝝ ſuoꝝ ꝯſilio quēdā ꝓ
curatorē ad curiā dſtinauit. poſtulāſ a dño
pa. q̄tinꝰ purgatiões canonicā faceret ei in-
dici ad ſuā innocentiā oſtendendā. Papa
poſtulationē illam reputans minꝰ ꝓuidam
ab ea ipm ſepe reuocare voluit. Sed qꝛ ꝓ-
curatoꝛ inſtabat pa. mādauit purgationem
eidē iudici cum duobus abbatibꝰ q̄bus ꝓ-
teſtatus fuerit q̄ ex alia cā talis petitio im
ꝓuide tūc fiebat. qꝛ ſuffraganei ſtrigoniē.
eccl'ie vix eo tpe purgarēt eundē q in facto
poſtulatiōis ꝯdicebāt eidē ⁊ ſuffraganei co
loceñ. eccl'ie ipm tūc nō purgarēt cū inť ipſ
et coloceñ. archiepm de ſtrigonicñ. metro-
poli qð verteret. Vñ cū nō ſint alij pontifi
ces in vngaria merito videbať q̄ ꝑ epos re
gni ſui ſup illo articulo ſe purgare nō poſſet

Nota q̄ pater diligit filiū quē coꝛripit.

Item nō debet qs habere immoderataꝫ
familiaritatē cū aliqua etiā cuꝫ ꝯſanguinea
vnde ſuſpitio poſſit haberi. Itē dictum
facile ſiue leue ſequiť multitudo. qꝛ ꝓnioꝛ ē
humana natura ad malū q̄ꝫ ad bonū. Itē
ꝑ importunitatē etiā nō concedēda ꝯcedū-
tur. Item q aliū ꝯpurgant debent eē vici
ni illiꝰ ⁊ eiuſdē dyoč. ſiue ꝓuincie vt eū co-
gnoſcant. Item ex cauſa admittuntur ad
purgationē alicuius inferioꝛis oꝛdinis. cuꝫ
alias de iure eiuſdeꝫ oꝛdinis eē debeāt.

Caſus. Queritur hic qd

De teſtibus. ꝯpurgatoꝛes debeant iu
rare. Rñdeť q̄ hoc ſolum q̄ credant eū ve
ritatem dicere qui purgatur. Nota q̄ cō
purgatoꝛes iurare debent de credulitate.
et ita iuramentum compurgatoꝛum ⁊ iura
mentum calumnie vidētur ſimilia. Item
non debet quis compelli ſubire anceps iu-
ramentum.

Ca. Quidā diaconꝰ. t. noīe

Accedens dñ vellet in pbꝛm ꝓmoueri
quidā emuli ſui dixerunt illū eſſe filium ſa-
cerdotis ꝓpter qð epus ipm noluit ꝓmo-
uere. nec permiſit illuꝫ ab alio ꝓmoueri. vn
de ille dyaconus ad dñm pa. accedens pre
dicta eidē expoſuit. Mādat pa. epo q̄tinuſ

ſi de h eſt publice infamatꝰ ⁊ de ipa infamia
cōſtare nō poterit. purgatiões ab ipo recipi
at ⁊ ipm ꝓmoueat ad officiū ſacerdotis. qꝛ
etſi nō ſit nota delicti. tñ eſt nota defectus
impediētis ad ſacros oꝛdines ꝓmouēdum

Nota q̄ infamatus cū nō ſit legitimꝰ non
debet ad ſacros oꝛdines ꝓmoueri niſi ꝑus
ſe purgauerit. Itē nō legitime nati de iure
cōi nō debent ad ſacros oꝛdines ꝓmoueri
qꝛ ⁊ſi irregularitas illa non ſit nota delicti
eſt tamē nota defectus.

Ca. Inter. H.

Cum dilectis filiis pbꝛm ex vna ꝑ-
te et. O. clericū ex altera ſup quibuſdam ec
cleſijs queſtio vertebať. ꝓ qua dictꝰ. b. pbꝛ
et. g. ꝓcuratoꝛ. o. clerici ad ſe. ap. acceſſerūt
ꝓcuratoꝛ ipius. o. ꝓpoſuit q̄ cū dictuſ pbꝛ
eſſet publice infamatꝰ ſup crimine inceſtus
epus ꝯſtantieñ. oꝛdinariꝰ eius ei purgatio
nē indixit. q cum ſe purgare nō poſſet eccle
ſijs ſuis fuit ꝑ ſniam deſtitutꝰ. ſed ipſe nihi
lominꝰ eas ꝑ violentiā d̄tinebat. poſtmodū
cū idem p̄ſbyter vxoꝛē cuiuſdā ꝯſanguinei
ſui publice detineret. qdam clerici ꝯ ipm ſu
ꝑ hoc ad q̄ſdaꝫ iudices lr̄as impetrauerunt
ꝯtinētes vt ſi dictus pbr̄ ſup crimine adul-
terij ⁊ inceſtꝰ ſe purgare nō poſſet ipm pēa
debita caſtigarēt. et cū eis ꝯſtitiſſet q̄ ideꝫ
pbr̄ ꝓ eo q̄ i purgatione defecerat ab epo
fuerat cōdemnatꝰ ipm tanq̄ꝫ cōtumacē pꝛe
dictis eccl'ijs ꝑuauerūt maxime cū d̄ crimi
ne adulterij ⁊ inceſtus tanq̄ꝫ de notoꝛio cō
ſtitiſſet eiſdē. mādantes abbati ſancti galli
ad quē beneficioꝝ collatio ꝑtinebat. vt be-
neficia illa cōferret. q cōtulit illa. o. clerico
ſupꝛadicto. vñ petebat ſup illis dicto pbr̄o
īponi ſilentiū ⁊ ipi. o. tradi poſſeſſionē illo-
rū bñficioꝝ. Ex aduerſo dictꝰ. b. pbꝛ rñdit
q̄ ꝓceſſus iudicū p̄dictoꝝ debebat merito
retractari. cū lite nō ꝯteſtata ꝓceſſerūt ꝯtra
ipm. adijciēſ etiā q̄ purgationē indictā ſibi
ab electo ꝯſtantieñ. curauerit exhibere. Sꝫ
ei reſpondebať q̄ talis purgatio non vale-
bat cum iudicio pendēte coꝛā delegatis oꝛ
dinarius non debebat indicere purgatiões
infamato. et ita tanq̄ꝫ coꝛaꝫ non ſuo iudice
facta dicitur. His et alijs diligenter audit



⁊ itellectis lꝫ lr̄e delegatoꝝ iudicū dño pa.
oſtēſe nō fuerit vl' trāſcriptū ipaꝝ. tñ ex te-
noꝛe relatōis ipoꝝ iudicū quā ꝓcuratoꝛ p̄
dictꝰ exhibuit dño pa. ꝯſtitit euidēter q̄ iu
dices illi ꝓceſſerunt iuris oꝛdine p̄termiſſo
Vnð pa. ꝓceſſuꝫ illoꝝ ⁊ ꝯceſſionē eccl'iarū
a p̄dicto abbate factā retractauit. pꝛecipue
qꝛ relatio iudicū ꝯtinebat repugnātia ⁊ ad
uerſa. dicebať ei q̄ crimē eiuſdē pbr̄i adeo
notoꝛiū erat q̄ nullꝰ locꝰ inficiationi erat. et
tñ p̄mittebať ibidē q̄ eideꝫ pbr̄o terminū ꝑ
emptoꝛiū aſſignarūt in q̄ ſe purgaret ſi poſ-
ſet. Si eni crimē erat notoꝛium nō erat illi
purgatio indicēda ſꝫ in eū ꝯdēnatiōis ſnia
ꝓferēda. Si vō nullꝰ apparuerit legitimꝰ ac
cuſatoꝛ et ſup p̄dictis criminibus apud bo
nos et graues fuerit infamatꝰ. purgatio ca
nonica indicať eidē non obſtāte q̄ coꝛaꝫ p̄
dicto electo diciť ſe purgaſſe. qꝛ pendente
iudicio coꝛam delegatis non debuit oꝛdia
rius purgationē indicere infamato. No
ta q̄ lite non ꝯteſtata non tenet ꝓceſſus.

Item ſi non valet deſtitutio nec inſtitu-
tio facta in locū deſtitutoꝝ. Item ſi non
valet ꝑncipale nec acceſſoꝛiū. Itē ſcriptu
re cōtraria cōtinenti non adhibeť fides. et
ita ꝯtraria allegās non eſt audiēdus. Itē
cū crimen notoꝛiū eſt non eſt indicēda pur
gatio. ſꝫ cōdemnationis ferēda ē ſnia. ⁊ ita
in notoꝛijs neceſſaria eſt ſnia. Itē ſi aliqs
eſt infamatꝰ apud bonos ⁊ graues deficiē-
te accuſatoꝛe dꝫ ſe purgare. Itē purgatō
coꝛā ñ ſuo iudice p̄ſtita non tenet. vñ iterū
dꝫ ſe purgare. Et ita cauſa cōmiſſa alicui d̄
legato exēpta eſt ab oꝛdinario. ita q̄ de illa
vlteriꝰ ea pendēte coꝛā delegato intromit
tere ſe non poteſt.

Caſus. Archieps biſun

Accepimus. tinus infamatꝰ erat de ſi
monia de icōtinētia et q̄ iuſticiā vendebat
Pa. mādauit qbuſdam vt ſup pꝛedictis ſe
purgaret coꝛā ipſis recepto mandato ipſuꝫ
citarūt ad p̄ntiaꝫ ſuā. ipe ad diē ꝯparēſ pur
gationē obtulit ſubꝰ hac foꝛma videlicet q̄
erat imunis ab illis criminibꝰ ſup quibꝰ ſe
purgare debebat. ſꝫ iudices talē purgatōeꝫ
admittere noluerūt ſignificantes hoc dño

pa. Ipſe vō ad ap. ſe. accedēſ ꝓpoſuit q̄ ipi
volebāt vt aſſereꝛꝫ q̄ nūq̄ꝫ a natiuitate ſua
paſſus fuerit lapſuꝫ carnis. vnð petebat q̄ti
nus ſaltē ſup purgatōe incontinētie mitiga
ret rigoꝛē. ſꝫ pa. non credidit q̄ ſub illa foꝛ-
ma exactū fuiſſet iuramentū ab ipſo. ſed po
tius p̄ſumpſit q̄ alia de cā ſub illa foꝛma ſe
purgare volebat. videlicet q̄ immunis erat
ab illis criminibus de qbus fuerat infamatuſ
tanq̄ꝫ dimiſſis ꝑ pniam iaꝫ eſſet imunis ab
illis. Sꝫ hoc iurare temerariū erat. cū etiaꝫ
btūſ iob dicat. ⁊ ſi ſimplex fuero h ipm igno
rat aīa mea. Vñ papa pꝛeſcriptā foꝛmā ſm
quā iurare volebat repꝛobat. vtpote indi-
ſcretā et ineptā. mandās p̄dictis iudicibuſ
vt ſi voluerit ⁊ potuerit ſe purgare ſm hāc
foꝛmaꝫ ſe purget. videlicꝫ q̄ illa crimia gra
uioꝛa. ſcꝫ ſimoniā. venditionē iuſticie. ⁊ in-
cōtinentiā. de qbus extitit infamatus iuret
ſe nō ꝯmiſiſſe poſtq̄ꝫ fuit in archiepm aſſum
ptus. ⁊ cōpurgatoꝛes iurēt q̄ credūt illum
verū iuraſſe. q̄ facto illū dimittant in pace.
alioqn ipm ab eccl'ia biſuntina debeant re-
mouere. Nota foꝛmā ſm quā infamatus
de criminibus dꝫ ſe purgare. Itē licꝫ quis
pniam de ꝯmiſſis recepit adhuc neſcit vtꝝ
peccata ſint ei dimiſſa. ⁊ in hoc eſt ar. q̄ licꝫ
quis habeat remiſſionē vniꝰ anni aut etiam
totius tēpoꝛis pnie ſibi impoſite nihilomi-
nus ieiunare tenetur. Item non licet vē
dere iuſticiam.

De purgatione vulgari.

Titulus. xxxv.

Caſus. Que

Ex ra ſuſcepti. rebatur vtrū
ſuper poſſeſſionibus eccleſiaꝝ poſ
ſint fieri duella. Reſpōdit papa q̄
nec ſuper illis nec ſuper alijs debent fieri.

Nota q̄ duella ſm canones ſunt pꝛohi
bita.

Caſus. Quidā ac-

Significantibus cuſauit. V. laicū ⁊
frēs eius ſup q̄daꝫ furto. cū quo coacti ſunt
ſubire duelluꝫ in quo alijs peccatis ſuis p̄-
pedientibus ceciderūt. ꝓpter qð fuerunt ꝑ
conſules ſpoletine ciuitatis bonis pꝛopꝛijs
ſpoliati. ſꝫ poſtmodū furtū illud apud alios

eſt inuĕtũ ⁊ reuelatũ ꝙ fuerãt inocĕtes.iſti frẽs ſignificauerũt h̃ dño pa. petentes ſibi ſup h̃ ꝓuideri. Un̄ mãdat cõſulibus illis vt ablata reſtituãt vniuerſa. No.ꝙ ſnĩa que nulla eſt lata ꝯ canones nõ liberat aliquem nec cõdemnat nec trãſit in rem iudicatam. nec neceſſe eſt appellare ab ipſa.

Caſus. Linonieñ. de no

**Dilecti filii.** uo ad fidẽ cõuerſi grauez querimoniã ad ſe.ap.trãſmiſerũt ꝙ fratres templarij et alij qui ſup eos temporalez habent poteſtatem ſi aliquãdo de aliquo crimine infamanẽ cõpellunt eos ſubire iudicium ferri cãdentis.⁊ ſi qua exinde ſeqẽ aduſtio penam legalem infligunt. Cum igiẽ iudicium iſtud ſit interdictũ in quo deuſ temptari videtur. mandat papa. cuidam iudici q̃tinus dictos frẽs et alios ꝑ cenſuram ec.cõpellat vt ab hmõi cõuerſorum grauamine oĩno deſiſtant. Nota ꝙ iudiciũ ferri candentis ꝓhibitum eſt.

De iniurijs et damno dato.

Titulus.xxxvi.

Caſus. Jſta qnqꝫ

**Irixati.** capl'a p̃mo poſita ſũt veteris legis. Jn p̃mo dicit ꝙ ſi hoĩes rixati ſũt adinuicez et alter alterũ ꝑcuſſerit nec mortuꝰ fuerit ſꝫ iacuerit in lecto:ꝑcuſſor ſoluat illi operas deꝑditas ⁊ impenſas in medico. Nota hic penã ꝑcutientis hoĩem ſm veterem legẽ ꝑcuſſor p̃ſtabit oꝑas amiſſas ⁊ impenſas factas in curatione.

Caſꝰ.Si ali-

**Si quis apparuerit.** quis effoderit ciſternam ⁊ nõ cooperuerit eaꝫ ⁊ bos alterius vel aſinus in eã ceciderit dñs ciſterne det p̃ciũ aĩalis et illud qđ mortuuꝫ eſt illius erit. Nota ꝙ q occaſionem damni dat damnũ dediſſe videtur.

Caſus. Si bos alicuiꝰ ab heri

**Si bos.** et nudiuſtertiuſ cornupeta eſt et dñs illum non cuſtodierit :ſi alium bouẽ occiderit reddet bouem ꝓ boue et mortuũ bouem recipiet. Nota ꝙ quis tenetur ex negligentia.

Caſus. Si iumentuꝫ alicuiꝰ

**Si leſerit.** leſerit agrum vel vineam alterius reſtituet eſtimationẽ dãni. Nota ꝙ quis tenetur de paſtu pecoris ſui. qꝛ tenetur ſoluere eſtimationem damni.

Caſus. Si aliqſ

**Si egreſſus ignis.** appoſuerit ignẽ in agro ſuo et damnum dederit in ſegetes vicini ſui damnum reſtituet. Nota ꝙ q occaſionem dãni dat ⁊c̃.

Caſus. Si aliquis

**Si quis domum** voluntarie incẽderit domum alicuius totum damnũ reſtituet.⁊ tres annos peniteat. Nota ꝙ in dãnis illatis attenditur voluntas.

Ca. Florentini olĩ

**Olim ſcribẽtibꝰ** poſuerũt in banno ep̃m feſulanũ dãna et iniurias plurimas alias etiã irrogãtes. Sup his cõmiſit pa.cãm ep̃o mutineñ.vt eos compelleret ad ſatiſſaciendũ ſup predictis ep̃o predicto. Ep̃us vocatis ꝑtibus cepit in cã ꝓcedere.et recepit teſtes lite nõ cõteſta. deinde cauſa delata eſt ad dñm pa. Jpſe võ examinato ꝓceſſu.qꝛ lis conte.nõ fuit ꝓceſſũ illũ reuocauit ⁊ qꝛ cõe florẽtie bãnauerat ep̃m feſulanum ꝯ deũ ⁊ eccl'iaſticã libertatẽ ꝓpter iniuriaꝫ bãni et ꝓpter expẽſas ⁊ alia dãna ꝓpẽ hoc ſubſecuta cõdemnauit cõe floreñ. in mille libris vſualis monete p̃miſſa taxatione ⁊ p̃ſtito iuramẽto ep̃o feſulano. No.ꝙ nõ tenet ꝓceſſus lite nõ ɔte. Jtẽ nõ tenet bannũ datũ in eccl'iaſticã pſonã ꝯ eccl'iaſticam libertatẽ. Jtẽ ɔdẽnatio expẽſaꝝ ſemꝑ facienda ẽ taxatõe p̃miſſa et iuramẽto ſecuto.

Caſꝰ. Brixiẽſes multas di

**In noſtra.** ſcordias olim habuerũt inẽ ſe q̃rũ occaſiõe multa dãna ſuſtinuerũt illata adinuicẽ ꝓpter qđ cõiter ſtatutũ fecerũt de nõ petẽdo vel recipiẽdo vlteriꝰ reſtaurationes dãnoꝝ a cõmuni.⁊ ſtatutũ hmõi firmauerũt etiã iuramẽto. ſꝫ p̃ter dãna occaſione hmõi diſcordie multas fececerũt expẽſas q̃s petebãt ſibi refici a ɔmuni.dubitatũ fuit an obſtaret eis iuramentum ſuper dãnis nõ repetẽdis.ꝓpter qđ ep̃us brixieñ.ꝓpoſuit h̃ in p̃ſentia pa. Cum ergo aliud ſit dãnoꝝ reſtauratio ⁊ aliud ſatiſfactio expẽſarũ iuramẽto p̃ſtito ſup articulo dãnoruꝫ nõ dꝫ intelligi factũ expẽſaꝝ. Un̄ mãdat papa q̃tinꝰ iuramẽto p̃dicto nõ obſtãte ep̃us ꝓuideat auctoritate pape ꝙ dictum cõe ꝓ bono pacis ⁊ ɔcordie cõtribuat ad expẽſarũ ſatiſfactionẽ ad arbitriũ ip̃ius ſicẽ viderit expedire. No.ꝙ iuramẽtũ nõ extẽdiẽ ad aliđ q̃ꝫ iuratum ſit. Jteꝫ aliud eſt dãnũ ⁊ aliud expẽſe. ⁊ iõ iuramẽtũ p̃ſtitũ ſup vno nõ extendiẽ ad aliud. Jtẽ ꝓpter bonũ pacis multa fiũt q̃ alias fieri nõ debent.

Ca. Aliqs culpa ſua damnũ

**Si culpa.** dedit alicui aut iniuriã irrogauit ſeu alijs irrogãtibꝰ iniuriã opeꝫ tulit ⁊ hec imꝑitia vel negligẽtia euenerũt. diciẽ ꝙ ſup his ſatiſfacere teneẽ nec ignorantia ip̃m excuſat.qꝛ ſcire debuit ex facto iniuriã veriſimiliter poſſe cõtingere vel iacturã.

Qđ ſi. Caſus. Ecce aĩalia tua dãnuꝫ dederũt nihilominꝰ ſatiſfaceẽ te oportꝫ niſi tu velis liberare teip̃m dãdo aĩalia tua dãnũ paſſo.ſed ſi aĩalia tua fera fuerũt ⁊ que conſueuerũt noceẽ nõ ſufficit ad liberationẽ ea dando qꝛ nõ curaſti quaꝫ debueras diligẽtiam adhibere. Jn fine diciẽ ꝙ licꝫ ille q occaſionẽ dedit damnũ dediſſe videaẽ.tñ ſecus eſt in illo dicendũ q diligentiã quã debuerat adhibuit ne dãnũ cõtingeret. Nota ꝙ qs teneẽ ſi culpa ſua damnũ dedit.

Jtẽ teneẽ q iniuriã irrogauit vl' alijs opẽ tulit ⁊ ignorãtia in talibꝰ nõ excuſat. Jteꝫ ſufficit dare aĩal ꝓ damno dato ab ip̃o ſed in feris aĩalibꝰ h̃ nõ ſufficit. Jtẽ q occaſioneꝫ dãni dat dãnuꝫ dediſſe videẽ cũ diligẽtiaꝫ nõ adhibuit quã debuit. Jtẽ nõ eſt ei ĩputandũ q de ɔtingẽtibꝰ nihil omiſit.

De penis. Titulus.xxxvij.

Caſus. Quotiens qs

**Ut que.** peccat totiens puniri debet. Nota ꝙ frequens delictum frequenter puniri debet.

Ca. Si aliqs interfecerit

**Preſbyteri.** pbr̃m ⁊ cõpoſitio inde fiat accepta pecunia ſoluatur illi ep̃o ad cuiꝰ ꝑrochiã ꝑtinet.ita ꝙ medietateꝫ tribuat in vtilitatẽ illiꝰ eccl'ie cui p̃fuit ⁊ alterã ꝓ aĩa defuncti pauꝑibꝰ eroget.qꝛ nullꝰ heres eiꝰ ꝓximior eſt q̃ꝫ ille q ip̃m dño ſociauit. Nota ꝙ penã pecuniariã quã recipit ep̃ſ ab aliq̊ ſibimet applicare nõ dꝫ ſꝫ in vtilitatem eccleſie diſtribuere. Jtẽ eccl'ia ẽ heres clericoꝝ.vñ in rebꝰ eoꝝ ſuccedere debet.

Caſꝰ. Ar-

**Licet iuxta apoſtolum.** chidyaconi ɔuentrenſis ep̃atus ꝓ corrigẽdus exceſſibꝰ a clericis ⁊ laiciſ penã pecuniariã exigebant. Jtem ꝓ annua exactione qñqꝫ rectores eccl'iarũ ſuſpẽdunt et eccl'iaſ interdicũt a vicarijs denarios exigũt vt eos i eccl'ijs celebrare ꝑmittãt.hec et alia cõmittebant ꝯ canonũ inſtituta. Mãdat pa.cantuariẽ. archiep̃o q̃tinꝰ hec p̃dictis archidyaconis diſtrictius interdicat. Si aũt ɔtra venire preſumpſerint eos ec.cen.cõpellat. Nota ꝙ exceſſus clericoꝝ ſunt puniendi pena ſp̃ũali ſm canones et nõ pecuniaria.

Ca. Qui calumnioſe litigant

**Calũniam.** cõdemnãdi ſũt i expẽſis.⁊ de calũnia puniantẽ ſm ꝙ leges p̃cipiũt.⁊ qꝛ iſtud ſacris ɔſonat inſtitutis p̃cipit pa.vt de cetero in pecuniarijs cauſis victꝰ victori in expẽſis ɔdẽneẽ niſi feraẽ ſnĩa ꝓ abſente. No.ꝙ q calũnioſe litẽ agit in expẽſis alteri ꝑti cõdemnari debet.

Caſꝰ. Sacerdo

**Quod in dubiis.** tes q gubernãt naues ad pugnam et q ꝑſonaliter cõflictuꝫ exercẽt et alios incitãt ad pugnandũ oẽs ſunt deponẽdi. No.ꝙ non ſolum ille eſt homicida qui interficit: ſed etiam ille qui ĩcitat ad interficiendum.

Ca. Clerici aliqñ

**Tue diſcretionis** dep̃hendunẽ in latrocinijs et alijs magnis ſceleribꝰ. q̃ritur q̃liter ſint puniẽdi. Rñdet pa.ꝙ a ſuis ſũt ordinibꝰ degradandi.et in artis monaſterijs detrudẽdi ad agendũ pniaꝫ No.ꝙ clerici dep̃hẽſi in latrocinijs et magnis crimibꝰ degradari dñt ⁊ i artis mõaſterijs detrudi.

Ca. Ep̃s lauitanꝰ ɔceſſit

**Conſtitutꝰ.** mõaſterio cripte ferrate oẽs eccl'ias i eiꝰ dyoc̃.ſitas pertinentes ad mõaſteriũ illđ.⁊ qcqd iuris habebat in illis

In emphitheoſim ſub ãnua pẽſione redden
da.ita ꝙ ſola pẽſione cõtent⁹ eſſet ſub cer-
ta pena appoſita in inſtrumẽto inde ꝯfecto
poſtmodũ orta fuit ſup his contentio inter
eos.ꝑ cõfeſſionez vtriuſqȝ ꝑtis ꝯſtitit ꝙ ꝑs
monaſterij ſubtraxit epõ pẽſionem. et epõs
exegit a monaſterio ꝓcuratiõẽ.⁊ ſic vtra-
qȝ ꝑs cõmiſit in penã.vn̄ dñs pa. vtranqȝ
ꝑtem a pena illa reddidit abſolutã. Nota
ꝙ cõfeſſio in iure facta preiudicat. Item
pena cum pena compenſatur.

Ca. Quidã clericus co-
**Super his.** ram pa. in teſtimonio va
cillauit et variauit in dicto ſuo. Papa fecit
illum capi ⁊ detineri.q̃ritur vtꝝ ꝓpter hoc
incurrerit infamiam. Rñdet ꝙ non. No
ta ꝙ vacillans vel variãs in teſtimonio nõ
eſt ipſo iure infamis.

Ca. Clerici ſancti for
**Suam ad nos** tunati condẽnati fue-
runt epõ ſpoletano in.xl.libris ꝑ qđdam ar
bitriũ ſub certa pena niſi eas ꝑſoluerit i ter
mio ꝯſtituto tandẽ ſoluerũt i termio.xxxiij.
libras.epõs impetrauit q̃ſdam lr̃as ꝯtra eos
tacita veritate ꝑ q̃s fecit eos ſibi cõdẽnari i
xxx.libris noĩe pene q: nõ ſoluerãt totã ſũ-
mã in termio ꝯſtituto. Vñ dicti clerici dño
pape q̃rimoniã trãſmiſerunt. Mandat pa.
epõ ſpoletano q̃tin⁹.vij.librarꝝ ſolutiõe ꝯtẽ
tus exiſtat.⁊ ſup pena.xxx.librarũ clericos
illos de cetero nõ moleſtet. cũ non deceat
ipm̃ i honeſtis q̃ſtib⁹ cuȝ aliena iactura di-
tari. No.ꝙ pena nõ dȝ exigi niſi ꝓ parte
nõ ſoluta i termio cõſtituto lȝ de rigore iu-
ris ſit cõmiſſa i totũ ⁊ ſm̃ q̃ſdaȝ i totũ exigi
poſſit.in q̃ ſñia fuit index q clericoſ iſtos cõ
demnauit. Itẽ cum alteri⁹ iactura nemo
debet ditari et precipue clerici.

Ca. Quidã ciues vincẽtini
**Ad aures.** epm̃ ſuũ interfecerũt ꝓpter
qđ fuerũt feudis et bñficijs q̃ a vincentina
eccl'ia detinebãt ꝑ ſñiaȝ ſpoliati.q̃ſiuit epõs
vincẽtin⁹ vtꝝ ipis vl' coꝝ heredib⁹ illa bñfi
cia ſint reſtituẽda.rñdit pa. ꝙ nec ipis nec
coꝝ heredib⁹ ſũt illa bñficia reſtituẽda. ſeu
đ nouo alia ꝯferẽda cũ maiori etiã ſint aiad
uerſione plectẽdi. No.ꝙ oĩa bñficia dȝ
qs amittere q̃ obtinet ab eccl'ia q platũ ipi⁹
interficit nec alia ſibi vel ei⁹ heredib⁹ cõfe-
rẽda ſunt de nouo. Itẽ pena nõ ſolũ tenȝ
auctorẽ ſȝ extendiſ ad heredes.

Ca. Diciſ h ꝙ ſi aliqſ teme
**Dilectus.** re ꝓrupit ꝯ iudicis aſſertio
nẽ ſm̃ arbitriũ ſupioris dȝ puniri cũ de ipi⁹
litigatoris iprobitate conſtiterit ne vileſcat
iudicialis auctoritas. No.ꝙ litigator q
temere ꝯdicit iudici corã q̃ litigat arbitrio
ſupioris puniri dȝ q: nõ eſt vilipẽdenda iu
dicialis auctoritas.

Caſ⁹. Patroni ec
**In quibuſdam.** cl'iaꝝ aduocati ſeu
vicedñi i tantã p̃ſumptiõeȝ ſe extollũt ꝙ cũ
dȝ vacãtib⁹ eccl'ijs de ꝑſonis idoneis ꝓui
deri difficultates ingerũt.⁊ malicias. ⁊ de
poſſeſſiõib⁹ ⁊ alijs bõis eccl'iaꝝ ꝓ ſua vo-
lũt diſponere volũtate.⁊ qđ deteri⁹ ẽ in ne
ceȝ p̃latoꝝ p̃ſumũt.ꝓhibet generale ꝯciliuȝ
exp̃ſſe ꝙ de cetero patroni vicedñi aduo-
cati ſup p̃dictis nõ plus vſurpẽt q̃ȝ repiaſ i
iure ꝑmiſſuȝ.⁊ ſi ꝯ fecerint ꝑ ſeueritatem ca
nonicã ꝯpeſcanſ ne qđ ad defenſionẽ eſt in
uẽtuȝ ad dep̃ſſionẽ valeat retorq̃ri. Statu-
it inſup ꝯciliũ q̃tin⁹ ſi patroni aduocati ſeu
feudatarij ſeu alij bñficiati clericũ vel recto
rẽ alicui⁹ eccl'ie ꝑ ſe vl' ꝑ alios occidere vel
mutilare p̃ſũpſerint amittãt qcqd iuris i ec
cl'ia hñt vl' ab ipa tenẽt.⁊vſqȝ in q̃rtã gene
ratiõeȝ poſteritas taliũ i clericoꝝ collegiuȝ
nullaten⁹ admittaſ neqȝ in domib⁹ regula
rib⁹ p̃latiõeȝ aliquã aſſequãſ niſi cũ eis fue
rit diſpẽſatũ. No.qđ ꝓuiſuȝ eſt ad defẽſio
nẽ nõ dȝ ad grauamẽ extẽdi. Itẽ nota pe
nã illoꝝ q ꝯ eccl'iam delinquũt.ſ.ꝙ amitte
re dñt qcqd ab eccl'ia tenẽt. Itẽ pena extẽ
diſ ad heredes. Iteȝ monachat⁹ oẽm ma
culam non abſtergit.

Ca. Comes regiſtrẽſi. mul
**Grauem.** tas iniurias et grauamia ir-
rogauit capl'o lauduñ.ꝓpſ qđ ꝑ iudices đ
legatos ap.ſe.fuit excõicat⁹.⁊ ꝑ duos an-
nos et ãpli⁹ in excõicatione ꝑſiſtens noluit
parere iuri claues eccl'ie ꝯtẽnendo. Vñ ca
pl'm lauduñ.iteꝝ ſignificauit h dño pa. q̃ȝ-
uis hui⁹ꝑtinacia ſi careat ſcrupulo heretice



prauitatis.mãdat pa.qbuſdã q̃tin⁹ ſi comeſ
ille ꝯmonit⁹ iuri parere noluerit abſoluant
eccl'ias i qb⁹ ius hȝ ab ei⁹ obligatõe.⁊ fide
les ipi⁹ ab obligatõe ipi⁹ q̃ȝdiu i excõicatio
ne ꝑſtiterit denũciet abſolutos. No.ꝙ ex
cõicat⁹ q ꝯtẽnit claues eccl'ie iteꝝ punien-
dus ẽ ꝓut h dĩ q: creſcẽte ꝯtumacia creſce
re debet pena. Itẽ ar.ꝙ nobilitati parcẽ
dum eſt circa penas imponẽdas.

De penitentijs et remiſſionibus.
Titulus.xxxviij.

Ca.patet. No.ꝙ
**Manifeſta.** qui publice peccat
publice puniendus eſt

Ca. Statutũ fuit i
**Qui preſbyterũ** ꝯcil'. maguntiñ. vt
ſi aliqs pbr̃m occiderit.xij.ãnis peniteat et
ſi ꝯuict⁹ inde fuerit vſqȝ ad tp̃s vite ſue mi
litie cingulo careat et inde nõ ꝯhat. No.ꝙ
interficiẽs pbr̃m.xij.ãnis penitere dȝ. Itẽ
ſi miles pbr̃m occiderit cingulo militie ꝑpe
tuo careat et poſtea nõ ꝯtrahat

Ca.Quidã nobilis.p
**Significauit.** noĩe cũ frederic⁹ dict⁹
impator rediret ab vrbe romana tẽpe q̃ ha
buit guerrã cũ ale.denegauit ei qđdam ca-
ſtrũ. vñ contigit ꝙ q̃t tuor caſtra deſtructa
fuerũt et multi hoĩes interfecti et alia mľta
mala ꝯmiſſa dict⁹.p. ſignificauit h dño pa.
petẽs ſup h aĩe ſue ꝓuideri.vnde mãdat ar
chiepõ mediolañ.q̃tinus ſm̃ ꝙ ſibi viſũ fue
rit pñiam iponat eidẽ.ꝯſiderans ꝙ ꝓ liber
tate ſua et eccleſie deuotiõe h fecit. vñ talẽ
diſcretiõeȝ adhibeat vt tã ipe q̃ȝ alij timore
pñie a ſuitio eccl'ie nõ retardenſ nec ſalutiſ
ꝑiculũ debeãt formidare. No.ꝙ pñie ſunt
arbitrarie. Itẽ miſ icorditer agendũ eſt cuȝ ꝯ
peccatore. Itẽ licitũ eſt ꝓ libertate ſua pu-
gnare. Itẽ mitius agiſ cũ his q ꝓ ſuitio ec
cleſie peccatum incurrunt.

Ca.Queſituȝ fuit a dño
**Quod aũt.** pa.vtrũ remiſſiões q̃ fiũt
in dedicatiõibus eccl'iaꝝ aut ꝯferẽtibus ad
edificationẽ pontiũ ꝓſint alijs q̃ȝ his q ſub
ſunt illis q has remiſſiões faciũt. Rñdit pa
pa ꝙ cũ a nõ ſuo iudice ligari nulluſ valeat
vel abſolui.hmõi remiſſiões illis ſolũmodo
ꝓſunt qbus ꝓprij iudices h cõceſſerunt.
No.ꝙ ſñia a nõ ſuo iudice lata nõ tenet.
Itẽ ar.ꝙ cleric⁹ ſine licẽtia ſui epi in aliũ
iudicẽ etiã eccl'iaſticũ ꝯſentire nõ p̃t. Itẽ
remiſſiões vl' indulgẽtie illis tantũ ꝓſũt q
remittẽti vel indulgenti ſubſunt.

Ca. Aliq qñqȝ ve-
**Quod quidam.** niũt ad cõfeſſiõem
de crimib⁹ ſuis ⁊ petũt ſibi pñiam imponi
tñ nolũt de oĩb⁹ cõfiteri dicũt ſe ꝯtinere nõ
poſſe.q̃riſ qd de his ſit agendũ. Rñdet pa.
ꝙ coꝝ ꝯfeſſio audiẽda ẽ et eis eſt de crimi-
bus alijs ꝯſiliũ impẽdendũ.q: lȝ hmõi pñia
nõ ſit vera q̃ ad vitã eternã admitti dȝ coꝝ
cõfeſſio ⁊ pñia eſt illis imponenda. No-
ta ꝙ confeſſio non vere penitentis debȝ re
cipi ab eccleſia.

Caſ⁹. Diciſ hic
**Licet tam veteris.** ꝙ ſi qs ieiunare
dȝ in pane ⁊ aq̃ ⁊ nõ hȝ paneȝ legumibus ⁊
piſcib⁹ vel alijs reficiaſ ſi neceſſitas id expo
ſcat.adhibita tñ diſcretione vt nõ ad delici
as ſed tantũ ad ſuſtẽtationẽ vtatur. No-
ta ar. ꝙ neceſſitas licitum facit quod alias
non licet.

Ca. Pbr̃i greci vtunſ mr̃i-
**Queſitũ.** monio i miorib⁹ ordinib⁹ ꝯ-
cto qñqȝ ꝯtingit ꝙ opp̃mũt filios ſuos i le
cto.q̃riſ vtꝝ publica pñia ſit eis iponẽda ꝓ
filijs opp̃ſſis ſi eã ſibi petãt iniũgi. Rñdet
pa.ꝙ ſi ipis ꝓcurantib⁹ vel ſtudioſe negli-
gẽtib⁹ filij opp̃ſſi reperiũſ ab officio altaris
dñt ꝑpetuo abſtinere ⁊ grauior pñia q̃ȝ lai
cis eſt eis iponẽda nõ tñ publica niſi in pu
blicũ id veniat.ſȝ ſi ex incuria ipſoꝝ mortuĩ
ſũt i cunis ⁊ illud ẽ occultũ pñia eis iponaſ
ꝓ arbitrio ſacerdotis ⁊ ad terrorẽ alioꝝ ad
tp̃s abſtineãt ab officio miſſe. No.ꝙ ꝓcu
rare mortẽ ⁊ ſtudioſe negligere parificanſ.
Itẽ clerico maior pñia q̃ȝ laico dȝ impo-
ni.q: quãto grad⁹ altior tanto lapſus graui
or. Itẽ clericis nõ eſt pñia publica impo
nẽda niſi crimẽ illud ꝓ q̃ iponiſ publicũ ef-
ſet. Iteȝ q occulte peccat occulte puniri
debet. Item pñie ſunt arbitrarie.

Ca. Lingoneñ.
**Deus qui eccleſiã.** de nouo ꝯuerũ



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

